

IOANNIS BACCANELLI
MEDICI REGIENSIS,

DE CONSENSV MEDICORVM
In curandis morbis.

Lib. primus.

Quid sit Medicina.



MEDICINA est scientia corporis huma-
ni sanitatem reficiens uel conseruans; uel
Medicina est adiectio & ablatio, uel Medi-
cina est scientia sanitatis conseruatric mor-
borum; repultrix, uel, Medicina est quae sa-
nis uictus rationem praescribit & egrotos

curat. Quae definitiones uerae non sunt medicinae. Non. n. haec
ipsa efficit, Sed ex illis quae efficit, haec proueniunt, id; non
semper. Quare medicina erit scientia salubrium in salubri-
um & neutrorum.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Galenus und. Meth. cap. 12. Medicina appositio est & de-
tractio, deficientium quidem appositio redundantium detra-
ctio; Et haec intelliguntur de 1. 2. & 3. descriptione. De 4.
loquitur Gal. lib. finitionum med. in principio; Sed quod haec
non sint uerae definitiones ex sequentibus locis monstratur:
Gal. in lib. de sectis ad eos qui introducuntur. Propositum ar-
tis medicae est sanitas finis uero eius adeptio, quibus autem
quis absentem sanitatem recuperet uel praesentem conseruet,
medicis cognoscere est necessarium. Porro quae absentem sani-
tatem restituit, curationes & auxilia uocantur, quae praesen-
tem conseruant salubris uictus est ratio. Quod si ita est, medi-
cina igitur non erit conseruans uel reficiens sed salubrium in-

A

salubrium & neutrorum scientia. Quod probatur ex Gal. p. art. med. cap. 2. Auic. medicina est scientia qua humani corporis dispositiones, noscuntur ex parte qua sanantur uel ab ea remouentur, ut habita sanitas conseruetur & amissa recuperetur. Si scientia est qua noscuntur humani corporis dispositiones. Id igitur non erit, Quod adijcit uel aufert, quod reficit uel conseruat, nec quod egros ad sanitatem perducit.

Quot sint partes Medicinæ.

Partes medicinae sunt quinque. Prima est Φυσιολογικη, i. rerum naturæ contemplatio. Secunda est αιτιολογικη αιτια, i. causarum et affectuum consideratio. Tertia est quam υγειωνος sanitatis tuende ratio. Quarta est σηκειωτικη, i. signorum offeruatio. Quinta est θεραπευτικη, i. medendi modus Physiologica naturam hominis considerat & elementa quibus componitur & generationem eius, & partes corporis tam intrinsecas quam extrinsecas: αιτιολογικη unius cuiusque morbi causas & effectus inquirit, υγειων sanitatem tuetur præcauendo ne corpora in morbos incidant, & ubi inciderint ad sanitatem reducit. σηκειωτικη signorum notitiã. Præteritorum cognitionem, Præsentiam inspectionem & futurorum presagia nobis declarat. θεραπευτικη tres in partes diuisa est, una que uictu curat, altera que medicamentis, tertia que manum admoet.

Loci consentientes de naturæ contemplatione.

Gal. lib. de constit. art. med. cap. 13. Φυσιολογικη non est inter minimas naturalis contemplationis partes recessenda, imo opus erit illum in ea esse probe exercitatum. Et primo de elementis. Naturalis scientia corpora que generantur ac intereunt, queque prorsus sunt exposita transmutationi contemplatur. Quibus deinde ablati pariter & medicina tollitur. Primum quidem ob id, quæ sit quasi generationis & interitus mi-

nistra, & meth. tertio cap. quarto. Nihil posse medicū inquit de ulla similiarium partium agitare sine naturali scientia. Et tertio meth. cap. 7. in eius modi sermonis nostri de cursu perspicuum planē, fit tum ægri nostram esse considerandam tum cuius q. hominis esse propriam curationē &c. Et in lib. quod optimus sit medicus & phy. hæc ars docet corporis nosse naturam tum eam quæ ex primis constat elementis tumq; constat ex secundis: De cæteris medicinæ partibus deinceps suis locis loquemur.

Quid sit Natura.

Natura phylosophice sumpta est, quæ deorum hominum siderum plurimorumque corporum essentiam potentiam uires que complectitur.

Natura humana est temperies uel quædam facultas qua animal regitur.

Loci consentientes de Natura philos.

Plato loquens de natura deorum. uim quandam esse dixit rationis atq; ordinis participem, cuius solertiam inquit Cicero de natura deorum. Nulla ars nulla manus nemo opifex consequi potest imitando: Gal. lib. finit. med. de mente platonis, natura est uis quæ ex seipsa mouetur, auctor formationis generationis & perfectionis. Aris. sec. physic. Natura est principium motus & quietis in quo est primo & per se.

Loci consentientes de natura humana.

Gal. tert. de temper. & secun. apher. com. 34. Natura humana nihil aliud est quam ex primis quatuor elementis constata temperies, uel facultas quædā uniuersi corporis rectorix. Et quin. de Simpto. cau. in principio. Natura est omnis illa facultas qua animal regitur. siue illa pendeat a uoluntatis nostre imperio siue secus; & sext. de simpto. cau. cap. pri. Natura est aggregatio omnium uirtutum. quæ totum corpus re-

4 DE CONSENSV MEDICORVM

git, & lib. fini. med. Nam est spiritus calidus, qui ex sese pro
feminarijs rationibus mouetur, ac certis temporibus homi-
nes generat perficit & conseruat.

Quot modis accipitur natura.

Accipitur natura quadrifariam. primo pro facultate na-
turali, secundo pro consuetudine, tertio pro temperie & cō-
positione naturali: quarto pro naturali calore.

Locis consentientes ex uera Medicina.

Quod pro naturali facultate natura accipiatur hi sequen-
tes loci attestantur. Gal. quinto de sym. cau. cap. 2. Nam si mor-
bis facultatem uicerit. i. naturam, membrum haudquaquam
poterit transferre. Si superior manserit facultas. i. natura nē
hil eam impediet & paulo inferius, Natura facultas attollit
& sustinet. i. natura hoc efficit, & quarto de uic. in mor. ac.
scire oportet naturā haud quam; quiescere sed interdum con-
tentos humores ita aggredi ut a bonis eos seperet & c. i. Na-
turam esse facultatem qua boni humores retinentur & prauī
reijciuntur. Pro secundo de consuetudine Gal. 2. de temp. con-
suetudo est natura acquisita & Hip. lib. de Aere & aqua, itē
auerois pri. phy. & Arist. in predicamentis consuetudo est al-
tera natura. Pro tertio de temperie: Gal. 2. de temp. haec in no-
stra regione, que utiq; est temperata, subiectarum partium
naturam prodit. i. temperiem demonstrat. Nam temperaturas
iuxta regiones ibi consyderat. & Auic. humor & natura mu-
tant animam. i. humor & temperies pro compositione sic.
& intelligitur de natura medicinarum. unde citatur poeta in
lib. de natura humana ita loquens.

Sic ait a Maia genitus, medicamen & offert.

Euulsam terra, naturam; edocet eius. i. compositionem
eius Explanat. Pro quarto de naturali calore, Gal. lib. de tre.
& pal. cap. 6. Natura et anima nihil aliud quam calidum est.

g. semper mobile est. Distinguit autē naturam ab ipsa anima primo de potentijs naturalibus, dum dicit, & motor in corpore. aut est natura aut anima. hic pro calido intellige calorem innatum qui teste Gal. aphor. pri. comm. 15. est facultatis nos gubernantis robur & omniū naturalium operum causa.

Quid est elementum.

Elementum philosophice sumptum ita describitur. Elementum dicitur id ex quo quidpiam primo componitur & est in eo, indiuisibileq; existit specie in aliam speciem. Medice sic, elementum est minima rei particula cuius est elementum.

Loci consentientes de elemento phy.

Aristo. 5. met. tex. 4. στοιχίον λέγεται ἐξ ὧν οὐκ εἶται καὶ πρῶτος ἐν τῷ ἀρχόντῳ ἀδιακετοῦ τῶν εἰς εἰς τερονείας. Similiter secundo de generatione a principio, & ter. cos li. & de sensu & sensato tex. 20.

Loci consentientes de elemento Med.

Gal 8. de plac. Hip. & plat. Nominatur utiq; elementum quodcunque minima sit pars illius rei cuius fuerit elementum, similis sententia est pri. elementorum cap. pri. item primo elementorum ad medium. si elementum sit minima & simplicissima rei particula, atq; hoc si sensu metiri oporteat profecto os & similia omnia erunt humanorum corporum elementa, & Auc. pri. can. cap. 3. elemēta sunt corpora, & sunt primæ partes humani corporis & aliorum, que in partes diuersarum formarum diuidi minime possunt, intellige quatuor elementa sub ratione elementi hic definiiri. nam dixit sunt corpora. ut primam materiam facultates & id genus alia excluderet. Dixit primæ partes ut ne quis de humoribus membris ue simplicibus ut carnos &c. que in componendo non sunt prima intelligeret, cetera in descriptione sunt nota.

Quot sunt elementa.

Vniuersalia elementa sunt quatuor a prima materia ut
 Ignis Aqua Terra Aër; particularia erunt duo Membra sim-
 plicia & humores.

Loci consentientes de uniuers. ele. & de particular.

Arist. secundo de generatione probat per quatuor qualita-
 tes esse quatuor elementa. nam sicut sunt quatuor qualitates ut
 calida frigi. humi. sic. ita erunt quatuor coniugationes ut
 cal. cum hum. uñ Aër. cal. cum. sic. uñ Ignis, frigi. cum hum.
 uñ Aqua, frig. cum sic. uñ Terra. Probat etiam hæc esse qua-
 tuor per binas essentielles formas elementorum que sunt gra-
 uitas & leuitas; Auic. et Auer. similiter ipsdēmet & argumen-
 tis hoc probant: De particularibus elementis Gale. secundo
 elementorum Hominis uero propria elementa sunt ipse par-
 ticule minimæ. que similes appellatur de quibus inquit pau-
 lopost indiffectioum pertractationibus sermo erit, & secun-
 do element. in primo sanguis. n. pituita & utraque bilis sunt
 non modo generationis hominum sed ceterorum animalium
 sanguine prædictorum elemēta, probatur etiam tali ratione,
 id esse elementum dicitur q. est principium omnium corporis
 particularum sed sanguis cū alijs humoribus in utero matris
 est huius modi, igitur sanguis & ceteri humores erunt ele-
 menta.

Authores erronei dissentientes circa elementa.

- 1 Adserere elementa esse unum ut plerique phylosophi,
- 2 Adserere duas qualitates in sumo in elementis dari.
- 3 Adserere idem esse principium & elementum.
- 4 Adserere elementorum doctrinam esse medico inutilem ac
 superfluum.

Confutatio dissentientium ex uera Med.

Confutat eos Gal. primo de elementis. si unum est, uel erit
 patibile uel impatibile, non patibile, quia unum quatenus unū

non habet in quod transmutari, uel a quo pati possit, non in-
 patibile, quia tunc id alteratione & sensu careret igitur plu-
 ra quam unū. Arist. primo phys. contra hos inquit, Quicunq;
 ens unum esse pronuntiant, naturalis phylosophiæ princi-
 pia tollunt. Quum maxime in physica contemplentur corpo-
 ra que generantur & intereunt & transmutationi sunt expo-
 sita; Que si auferantur tunc medicina tollitur. Ad secundum.
 Arist. secundo de generatione inquit q, ignis est magis calidus
 quam siccus Aër magis humidus quam calidus. Igitur duæ
 qualitates non sunt in sumo in elementis. Obiectio.

Quomodo dicis hoc; Nam Gal. quem tantopere sequeris: da-
 ri has qualitates in sumo docet primo elementorum?

Responsio. Quod in igne sit sumus calor & summa sicca-
 tas, uerum est, ut Gal. asserit, si modo intellexeris in superlati-
 uo gradu has qualitates reponi non debere, sed quod sint duæ
 qualitates in sumo .i. simplices & sine ulla admixtione. Ad
 tertium Gal. pri. de elementis. principia sunt eiusdem generis
 quorum sunt principia, sed elementa non sunt huius modi.
 Igitur sunt diuersa. Quod principia sint eiusdem generis,
 probatur ab ipso, nam simplex qualitas ita qualitatis compo-
 site sicut simplex corpus corporis compositi est principium.
 Differunt etiam quia elementum dicitur de causa materiali
 intrinseca; At principium de causa finali & efficiente extrin-
 seca ut Arist. 12. meth. Quod uero elementum dicatur de cau-
 sa materiali probatur ex Arist. 8. metha. dum inquit elemen-
 tum est materia cuius est elementum.

Ad quar. quod hæc doctrina elementorum non sit inutilis
 neque superflua probatur a Galeno primo de elementis, tri-
 bus medijs; primo quia omne quod nostris corporibus offer-
 tur non impermixtum est, sed cum altero semper mixtum,
 secūdo quia omnibus elemētis ut Aqua Aëre Terra Igne sem-

DE CONSENSU MEDICORVM

per utimur . tertio quia hæ qualitates possunt omnem substantiam transmutare , unde fit si quid in qualitatibus modum excesserit , comprimi indigeat , & si quid defluit restituatur , igitur nec inutilis uel superflua , de elementorum utilitate lege uerius Auic. cap. de elementis .

De temperaturis & primo de earum descriptione .

Temperies quæ a grecis *ἁρμοεῖς* dicitur duplex , est quarum altera qualitas est . quæ ex elementorum qualitatibus cõficitur . Altera quæ ex mixtorum etiam inuicem actione & passione resultat .

Loci consentientes ex uera Medicina .

De utraque loquutus est Auic. pri. pri. cap. de complexio nibus Complexio est qualitas , quæ ex actione & passione diuersarum qualitatum in elementis inuentarum prouenit quorum partes ad tantam paruitatem sunt redactæ , ut plurimum cuiusque earum . plurimum alterius contingat . Ac si dicat temperies est quoddam aggregatum non ex actione & passione mixtorum , sed ex qualitatibus elementorum ut res naturales & corporeas excluderet , Nam dictum est etiam alibi ab ipso quod ex primis elementorum qualitatibus remissis quædam media qualitas constituitur quæ corporis mixti est propria qualitas constituitur quæ corporis mixti est propria qualitas , uide fusius de his . Arist. quar. Methæ .

Quot sunt temperaturæ .

Novem sunt temperaturæ , octo inæquales , & una equalis , unde inæqualium quatuor sunt simplices , ut calida , frigida , humida , & sicca , quatuor ex his compositæ , ut calida & humida , calida & sicca , frigida humida , frigida & sicca æqualis est qua corpus incolume eun moderatione quadam seruatur .

Loci consentientes ex uera Medicina .

Quod nouem sint , probatur ex Auic. pri. pri. cap. de com

plex. dum inquit postquam de complexione temperata diximus, ad loquendum de distemperatis redeamus; igitur datur temperata complexio, quod uero distemperate sint octo, paulo inferius dicta resumens inquit unaquæque ante harum octo complexionū, aut est cum materia aut sine materia & c. Gal. pri. de temper. cap. pri. unum igitur & primum id est, q. temperatam naturam. dicimus, quæ tamen non uirtute modo, sed etiam uiribus reliquis præstat. Et pri. de temper. probat etiã q. detur ista temperata natura tali ratione, caliditas stat cum excellenti siccitate & cum excellenti humiditate, igitur cum medio inter eas, & sic datur natura media contra philosophos. Quod uero sint nouem temperaturæ probatur rursus ex Gal. pri. de temp. cap. 8. dum inquit, Et siquidem hæc sic se habet, sicut certe se habet, cur nouem dicere uniuersas temperamentorum differentias dubitemus, temperatã quidem unã, non temperatas octo, Quarum quatuor simplices sint cal. fri. hum. sic. quatuor compositæ ut cal. hum. & c. Quid uero sit temperies æqualis, Gal. pri. de temper. cap. 6. æqualis siue temperata ea est quæ ex contrarijs æqua prorsus inter se portione coeuntibus constat.

- Authores erronei dissentientes circa temperamenta:
- 1 Adserere cum antiquis non esse nisi quatuor temperamentorum coniugationes duas humidas, & duas siccas atque has a calore & frigore diuisas,
 - 2 Adserere cum aueroisitis simplices non dari temperaturas,
 - 3 Adserere temperatam naturam esse calidam & humidam,
 - 4 Adserere humiditatem non posse cum abundanti calore consistere aut siccitatem cum uehementi frigide.
 - 5 Adserere temperiem & mixtionem esse idem.

Confutatio dissentientium ex uera Med.

Confutant antiquorum opiniones loci superius citati de

nouem temperaturis ex Auic. et Gal. Consultat etiam eos Gal. primo de temper. cap. 3. Inquiens q. antiqui; Quum de sanitate tuende uictum inuestigant, calidius iusto corpus iubent refrigerare, ut omnes exuberās æquent sed quomodo inquit hoc fieri potest, nisi temperatam quãdam naturam constituent ad quam sunt intenti, quam si constituerint, tunc erunt quinq; & non quatuor & c.

Ad secundã. Auerois suismet uerbis uincitur, Quum tertio colliget species octo morborum enumerat, inter quas quatuor simplices reponit, erunt igitur per ipsum quatuor simplices a compositis separatæ: Gal. pri. de temper. cap. 8. hanc etiam opinionem improbat hoc modo concedis alteram esse temperiem humidam & calidam, & alteram siccam, & calidam, si non erit igitur necesse siccam esse, quæ calida est, quoniam & eam esse humidam licet: tunc igitur eam esse medianam licebit; & sic calida tantum: Quod etiam de frigida et de alijs similiter est ratiocinandum: Igitur quatuor erunt simplices temperature.

Ad tert. hipp. ter. Epidimion, si totus inquit annus calidus & humidus fuerit tunc necesse est q. magna succedat pestilentia: Igitur q. erit calidum & humidum non erit temperatum: Preterea Gal. pri. de temper. cap. 4. ad hoc probandum tali utitur ratiocinio, Quod est putredine aptum, id est pessimum temperamentum; Sed natura calida & humida est pro tredini apta, igitur erit pessima: unde optimam esse concludit temperiem, quæ in quatuor qualitatuum mixtionis æqualitate consistet.

Ad quar. Impugnat Gal. pri. de temper. & omnis scola medicorum, nec non & ipsa experientia; Nam aqua ex calore referuenti humida manet; Verum num calida magis uel humida dicatur, ab eo q. in mixtura pollet inquit Gal. appellatio

sumitur, ut si maior erit portio humiditatis quam caliditatis, humida dicitur &c.

Ad Quint. lege Arist. secūdo de gene. cap. de mixtione ubi omnes dicunt temperiem esse mixtionem, sed non e contra: Item mixtio significat motum unde complexio peruenit et sic idem non sunt &c.

Quot modis aliquid dicatur esse calidum uel fri.

Bifariam calidum dici potest, Absolute, & sic omnes qualitates absoluto sermone inueniuntur in elementis, aut per collationem, & sic trifariam, aut per collationem ad medium, siue ad pondus siue ad iustitiam, aut ad seipsum, aut ad extraneum medium, ad iustitiam rursus duplici modo sumitur. s. secundum genus, ut animal in genere animalis dicitur calidū, uel secundum spetiem, ut homo in spetie hominis est temperatus. Calidum etiam dupliciter intelligitur, energia, quum id sit actiuel potestate quū id nondū sit, sed id fieri facile possit.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Gal. Primo de temper. cap. 6. Calidum dicitur per collationem, uel per absolutum sermonē, et hoc simpliciter, uel per mixtionem, uel secundum genus uel secundum speciem, ut Animal in genere animalis est calidum. Secundum speciem, ut bos leo canis unde medium temperie in toto genere animalium, homo est, medium in temperie in hominum spetie est, quem græci *ἄνθρωπος*. i. bene temperatum uocant &c. Quod uero detur temperies ad iustitiam, in hoc capite ad finem ita inquit Gal. temperies ad iustitiam est. quæ eo quod pro dignitate cōuenit, æqualitatem explorat; Auic. latius de his omnibus pertracta cap. de complexionibus.

De membrorum temperaturis.

Calidiora in corpore membra uicissim se comitantia sunt spiritus, cor, sanguis, hepar, caro, muscoli, splen, renes, tunica

arteriarum uenarumq; & cutis.

Frigidia sunt, Pituita, pilli, Os, cartilago, ligamentum, tendones membranæ, Nerui, nuca, cerebrum, adeps, pinguedo.

Humidiora sunt Pituita, sanguis, adeps, pinguedo, Cerebrum, nuca caro mamillaris, testiumq; pulmo, hepar, renes, muscoli, cutis.

Sicciora sunt, pilli, os, cartilago, ligamentum, tendones membranæ, arteriæ, uenæ, nerui motrices, cor, nerui sensus.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Gal. pri. de temp. cap. ult. cor, tum natura, tum omnium animalis particularum maxime sanguineum, tum uero calidissimum, proximum illi iecur, & sic ibi de singularum partium temperie membratim pertractat; Auic. pri. pri. cap. 2. de complex. hæc diffusius enarrat.

De notis temperaturarum in genere.

Cognoscuntur temperatura ex: habitu totius corporis, ex operationibus, ex regione, ex colore, ex tactus ratione, & ex ætatibus.

Loci consentientes ex uera medicina.

Gal. secun. de temperamentis cap. 4. Pinguiores omnes sunt frigidi, sicut mari femina. Si quidem adeps ex habitus frigiditate gignitur, corpulenti calidiores quia carnis abundantia, a multa sanguinis abundantia oritur, Mediocritas uero quæ inter hæc reperitur, temperata natura est nota, & sic ex habitu totius corporis cognoscuntur, temperamenta, Auic. prima pri. cap. de complexio. inuestigat etiam ipse notas temperamentorum ibi feminae frigidiores secundum diuersitatem &c.

Ex operationibus sic. Gal. sec. de temper. cap. 6. At ubi uaria partium temperies est ex una earum pronunciare de toto corpore non licet, sed ad eundem singula, sunt, æstimandum; quo temperamento, uentriculus, quo, pulmo, quo, cerebrum

ac reliquarum per se unaquæq; seorsum fit, atq; hæc ex functionibus & c. & pri. temperaturarum cap. 6. optime se habere aliquid pro sua natura, ex ipsis functionibus intelligitur, quippe animal & stirpem optime se habere dicimus quum optime suam functionem obeunt, igitur ex operationibus tēperi es agnoscitur.

Ex regione. Gal. 2. de temper. cap. 8. Pensitandus & continentium partium affectus est quarum omnium extrema cutis est; Sed corporis temperies in his regionibus quæ a temperie recesserunt, inæqualis uisitur, externis. s. & internis partibus non adeundem modum se habentibus, Gallis. n. & Germanis & omni thracio & scythico generi, frigida & humida cutis est, Ideoq; etiam mollis alba & pillis nuda, Aethiopicis uero & Arabibus qui ad meridiem incolunt, natura cutis exarientis est, & naturali calore foras acto, uista, dura, sicca, nigra, redditur, toto corpore, naturalis quidem calor exiguus obtinente portionem, sed alieno atq; a scititio incalescente. Hoc etiam probatur ex Auic. cap. allegato ibi Septentrionalis sunt humidiores & scimiliter nautæ & c.

Ex colore; Gal. de tuenda sanitate, succorum corporis color est certissima nota, nam rubeus, croceus, luteus, ac pallidus caliditatem demonstrant Liuens Plubeus albus frigiditatem, Aetius ser pri cap. de uiribus simpl. Amplius uero nihilo magis ex coloribus conijcere possumus de iisdem, In singulis. n. coloribus inueniuntur & calida & frigida & sicca & humida & c. Ex tactus ratione: Gale. secundo de temper. cap. 3. ergo calidi frigidiq; corporis. Solus tactus est iudex, humidi & sicci una cū tactu ratio & c. Et sec. de tēp. cap. 2. calidūq; in atatibus cognoscere cupimus primū et maxime, tactu iudicemus.

De notis temperaturæ optimæ.

Temperaturæ optimæ signa sunt quum corpus, neque den

sum neq; rarum neq; duarum neq; molle neq; hirsutum, neque glabrum, sed medio quodammodo se habeat, de temperamento calido frigido humido sicco in particulari non me extendā neq; de singulis partibus corporis loquendo, Nam Gal. in arte med. cap. 52. & Aet. ser. quar. cap. 77. & Paul. Aegy. lib. secund. cap. 63. usque ad. 73. De his fusius loquuntur Notato tamen q. non ex temperie unius particule tantum, est pronuntiandum de toto corpore, sed singulae partes per se considerande sunt.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Gal. pri. de temper. cap. 9. quod omnium extremorum calidi. s. frigidi hum. siccus medium est quod induritie mollitieq; medio statu consistit id corpus erit temperatum. & in lib. de opt. corp. const. cap. 4. Porro corpus etiam, quod conspiciamus neque densum, neque rarum neq; durum neq; molle & c. optime temperatum est: & c. Vide etiam de his Aetium serm. quar. cap. 59. diffusius loquentem.

De Aetatium temperaturis & de earum descrip.

Aetas siue *αιων* est, spatium in quo animal crescit stat de- crescit & manifeste declinat, & diuiditur in quatuor partes, In adolescentiam quae est calida & humida. In iuuentutem quae est calida & sicca; In senectutem quae est frigida & sicca; & in ultimum senium quod est frigidum & siccum.

Loci consentientes ex uera medicina.

Quod ita describatur Aetas habes ex Alberto Magno in lib. de senectute & iuuentute, dum inquit Aetas est spatium tēporis in uiuente derelictum in quo uirtus uitae secundum omnem suae operationis modum perficitur. Gal. quar. de salub. die ta. tex. 7. Aetatium temperamenta sunt quatuor humida & calida puerorum sicca & calida adultorum, sicca & frigida eorum qui in aetate inclinata sunt, humida & frigida senum, & Alii. prima pri. cap. 3. de complex. aetatū. Aetates omnes sunt

quatuor *etates* adolescentiæ quæ durat usque ad 30. annum *Aetas* consistendi quæ durat usque ad 40. *Aetas* minuendi cum uirtus non amittitur quæ est usque ad 60. annum, & *Aetas* minuendi cum manifesta uirtutis imbecillitate quæ durat usque ad finem uitæ.

Obiectio.

Plures uidentur esse *etates* quam quatuor siquidem Auic. octo. Gal. & Hipp. plures etiam enumerant.

Responsio.

Aetates in genere sunt quatuor, sed in specie plures, Nam Hip. teste Gal. Aphorif. 3. Aphorif. 26. Mentionem facit de recens natis puerulis, deinde de illis qui dentire incipiunt, deinceps de his quæ mediam *etatem* habent, quæ ad duodecimum & tertiumdecimum annum progreditur; & est *etatis* proxima pubertati.

Nam pubertatis tempus incipit post quartumdecimum annum & durat usque ad uigesimumquintum teste Gal. aphor. 5. aphor. 7. Adolescentia igitur comprehendit sub se infantiam pueritiam & pubertatem. sic iuuentus ac senectus, alias *etates* sub se habet quæ tandè ad capita redacta in genere sunt quatuor, possent etiam reduci ad duo capita, ut phylosophi ad profectum. s. & defectum, uel ad trinam diuisionem si his addantur *etates*, sed nos ad quaternam diuisionem *etates* reduximus, eo quod temperamenta sunt quatuor.

Autores erronei dissentientes circa *etates*.

- 1 Adserere *etatem* per quandam qualitatem describi debere & non per quantitatem.
- 2 Adserere senium esse frigidum & humidum simpliciter.
- 3 Adserere *Aetates* posse præfiniri.
- 4 Adserere in *etatibus* fundari *temperaturas*. seu dicere *etates* temperatas uel distemperatas absque ulius subiecti intelligentia.
- 5 Adserere *etatum* doctrinam esse inutilem.

Cunfutatatio dissentientium ex uera Medicina.

Quod non per qualitatem probatur ratione: quia interrogatus, quotennis es respondetur per numerum ut biennis triennis, qui est quantitas discreta, non qualitas. Præterea Aetas nihil aliud est, quam distantia a primordio uitæ usque ad finem quæ distantia quantitate non qualitate determinatur. Hanc tamen dico non esse ueram definitionem, sed quandam descriptionem necessitate datam. Nam quod loco generis ponitur, non conuenit rei descriptæ.

Ad secundum Gal. 2. de tempera. cap. 2. Senum inquit temperies est frigidissima & siccissima, non autem humida. Quod probatur tali ratione ab ipso: Omne id siccum dicitur, quod nutrimentum intra se trahere non potest. Senum autem temperies ob excrementa superflua, nutrimentum intra se trahere non potest. Igitur senum temperies erit sicca. Pro exemplo sint Arbores nam quotiens senescunt magis exsiccantur. Et Auic. prima pri. cap. de complex. ætatum inquit Senes et decrepiti præter hoc quod sunt frigidiores, adhuc etiam sunt sicciores.

Obiectio.

Dictum est superius ex Gal. temperiem senum esse frigidam & humidam. Quomodo nunc probas esse siccam.

Responsio. Gal. non iuxta propriam opinionem loquutus est, sed id de mente aliorum differuisse uoluit, sicuti uberiorius per totum illud commentum demonstratur. Ad tertium Gal. 3. pronosticorum commen. 28. Ob id igitur Hippoc. quatuor; inquit trigesimum commemorat, sepe etiam trigesimalitimum, quia aliæ alijs accidunt mutationes, fieri non potest, ut una mensura firma, ac cunctis promissa finiatur.

Ad quartum Gal. 2. de tempera. ca. 2. Intelligamus inquit recens formatum animal in utero matris, quo sciamus, quæ ratione humidissimum callidissimumq; sit. Nam prima eius constitutio ex semine & sanguine est, quæ humidæ & calidæ res
sunt

sunt igitur hic de complexione subiecti non autē de ipsa etate calida & humida loquitur. Dicitur. n. etas calida & humida prout est in corpore calido & humido. posset probari hoc ex mille locis. sed tantum hic locus ad probandū sat sit.

Ad quintum Gal. 2. de tempera. ca. 2. Verum quum ad eam quæ nunc sunt proposita magis urgeat etatum consideratio. Quæ etiam maximam nobis ad causarum inuentionem, facultatem suggerit. huic nunc insistamus & c. Ex quibus uerbis doctrinam etatum non inutilem esse nobis demonstrat.

Obiectio. Quos putas esse calidiores puerulos an iuuenes?
Responsio. In calore tria considerantur. quantitas. s. natiue humiditatis & sanguinis influentis qualitas. i. ipsa caliditas, & fomes ipsius caliditatis, quæ est caloris essentia. Dico igitur si iuxta humiditatem natiuam, quantitas caloris consideretur, q̄ pueruli sunt iuuenibus calidiores. At si iuxta sanguinem influentem q̄ iuuenes sunt puerulis calidiores quia sanguine magis abundant. Sic etiam Gal. 3. de tempera. ca. 4. considerat. In calore qualitatem & substantiam, quem legere poteris, aduerte tamen has diuisiones, quoniam omne dubium remouere circa hæc poteris.

De Humorū definitione & diuisione.

Quoniam humores ex primis elementis orti, sunt causa generationis & corruptionis hominum idcirco duplicē etiam definitionem sortiuntur uniuersalem. s. & particularem, uniuersaliter sic. Humores sunt corpora, quæ ex prima ciborum mixtione generantur. Particulariter sic. Humor est corpus humidum currens, quod ad membra conuertitur. Generantur humores ex alimento quod ab innato calore alteratur.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Gal. 2. de elemē. Quatuor humores ex primis elementis ortos constat, materiamq̄ esse generationis hominis, causans

q̄ esse corruptionis omnimodam si quid in generatione animalis deesse, quoniam uno quidem deficiente humore totum animal interit ac deperditur. Auic. prima. i. ca. de Membris, Membra sunt corpora, quæ ex prima humorum commixtione generantur. Quemadmodum humores sunt corpora, quæ ex primo ciborum commixtione generantur. Et ca. de humoribus. Humor est corpus humidum fluidum liquidum, in quod in primis nutriens conuertitur. Ac si diceret, est corpus humidum. i. actu fluens. i. substantia fluida. Nam aliquid esse humidum dupliciter intelligitur, natura, uel substantia. Nam quedam res dicuntur in substantia humide, quæ natura & potestate sunt sicca & sic econuerso, quedam uero utroque modo tantum natura quam substantia humide dicuntur. Idcirco dixit humidum fluidum. Gal. aphor. s. aphor. 39. Superfluum id quod ex alimento relinquatur humor existit nature partis similis. Et secundo de facul. naturalibus cap. 8. Demonstratum est inquit, Alimentum dum inuenis ab innato calore alteratur. Sanguinem quidem ex mediocri calore fieri reliquos uero succos ex eodem modum non seruante: & sic habes quomodo generentur humores.

De alia diuisione de his qui nutriunt humoribus.

Ex his qui nutriunt humoribus. Quædam sunt primæ & secundæ humiditates, quarum primæ sunt humores, secundæ rursum bipartiuuntur. Nam quedam sunt superflue quedam non: Non superflue erunt quæ a principali dispositione conuersæ ad membra relegantur & iuxta Auic. placitum erunt quatuor. s. nomen non habens, Ros, Cambium, Glutem, Humorum uero, a quibus hæ humiditates proueniunt, sunt quatuor genera, ut genus sanguinis, pituitæ, bilis, Melancholiæ.

Loci contentientes ex uera Medicina.

Auic. pri. pri. cap. de humi. Humiditates quedam sunt pri

mae quedam secunde. Primae sunt quatuor humores, Secunda uero que non sunt superfluitates sunt humores, quia dispositione principali conuersi ad membra relegantur & sunt non men non habens, ros, cambium, gluten. Et Gal. 10. Meth. ad finem loquens de hectica de his mentionem facit, primam, uocans natiuam humiditatem, alteram nomen non habens simili de diff. feb. Et Auic prima quarti & dicitur. 12. de animalibus, De his etiam uide de hectica. Quod uero humorum genera sint quatuor probatur ex Gal. 2. de elementis, dum inquit conabor ea explicare, unde adductus est Hippoc. ut sentiret humores quatuor, materiam esse generando homini. Et lib. finit. Med. Humores quatuor sunt ex quibus animal consistit, Sanguis pituita & duae biles flaua. s. & atra & sic sunt quatuor humorum genera.

De humoribus in particulari & primo de sanguine.

Αἷμα .i. sanguis humor est calidus & humidus ex ipsius chyli temperatiori parte progrediens: Qui naturalis est & non naturalis: Naturalis qui mediocris substantia, rubido colore, malo carens odore, sapore dulci, mitis ac benignus existit: Non naturalis, qui ab isto degenerat, et haec bifariam, uel sui, uel alterius ratione. Ratione sui dum mutatur propria substantia, & haec dupliciter, uel quia nimis crassa, aut nimis tenuis, uel quia aduritur, & sic pars tenuior in flauam bilem uertitur, Crassior in atram, Ratione alterius, quum alius humor illi permiscetur, & tunc uario modo hoc contingere potest, prout uariae bilis species & pituitae & melancholiae sanguini admiscentur, locus in quo consistit est cor, in quo perficitur hepar, in quod influit uena & Arteria.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Quod sit calidus & humidus probatur ex Gal. 2. de Mor. cau. cap. 4. quum dicat, Nempe quod flaua bilis potestate calidus

da est & sicca. Atra uero sicca & frigida, Sanguis calidus & humidus pituita frigida & humida. Et primo de naturalibus facul. cap. 9. idem asserit. Auic. prima pri. cap. de humor. Sanguis uero natura calidus & humidus existit, cuius due sunt species naturalis & non naturalis & c. Gal. lib. de Atrabile ca. 2. Igitur magna ex parte rubeus color in hoc humore exaperat & talis exacte optimus sanguis existit, & paulo inferius. sanguis maiori, ex parte dulcis apparet. Et secundo de tempera. ca. 3. Succorum optimus & maxime proprius ac domesticus sanguis est, igitur a temperantiori parte progreditur. Et secundo de facul. naturali cap. 8. Sanguis fit a mediocri calore, bilis ab immodico. Igitur sanguis a parte temperata oritur, & hæc de naturali sanguine. De non naturali, dum mutatur propria substantia, ut pars tenuior in bile, habes ex Gal. 2. de diff. feb. cap. 9. ubi inquit pars sanguinis subtilior ac pinguior omnino in flauam conuertitur bilem, que autem crassior in atram. Itidem ait. 2. de cris. ca. 12. Quod uero sanguini alius humor misceatur, habes ex Gale. lib. de plenit. ad medium. Quum tumor inquit præter naturam ad quam cumque substantiam pertinere possit siue is sincerus sanguis sit, siue biliosus, siue serosus siue pituitosus & c. i. quum bilis aut pituita sanguini misceatur. De loco sanguinis, Gale. 1. de temper. cap. ult. sanguis ipse a corde suum accipit calorem. Et. 6. de plac. Hip. & Plat. At qui in dextro sinu continetur sanguis, eundem speciem habet, quam omnis alius, et is qui in Iecore habetur & c. hic etiam ab ipso probatur cor et Iecur esse sedem sanguinis, ipsumque Iecur, uniuersam sanguinis speciem absolvere & quod sanguis humidi temperamento, rubri, colore, cuius sane in Iecore est prima generatio. Riuus autem & uena id toti corpori traducunt, distribuuntque. At sanguinis flauis tenuis & sumosi prima in sinistro cordis sinu est origo, uerum talem Arteria di-

spensant & intotum corpus deducunt & c. Vide de his etiam Gal. de facul. natural. diffusius.

De pituitæ diuisione & descriptione.

Πλεγμα. i. pituita duplex est naturalis & non naturalis. Naturalis est humor frigidus humidus substantia crudus, colore ad albedinem, sapore interdum dulci, quandoq; omnis qualitatis expers: Non naturalis est qui a sui natura degenerat, & hoc bifariam efficitur per se. & per admixtionem. Per se quum a propria substantia egreditur, nam in substantiam aquosam uel fiatuosam, uel admodum tenuem cōuertitur, unde pituita aquosa fiat uosa & tenuis dicitur, Si uero crassior ac uiscosior reddatur, tunc pituita erit crassa uiscosa & mucilaginosa. Quæ si magis indurescat, Gypsea & uitrea dicitur pituita. Quæ si ultra putrescat & alteretur, fiet salsa uitrosa & corrosiua. Per admixtionem, quum illi alius misceatur humor. Nam sanguine admixto dulcis efficitur. flaua bile, salsa, Melancholia, pontica acida.

Loci contentientes ex uera Medicina.

Auic. prima pri. ca. de humor. phlegmatis aliud naturale, aliud non naturale: Naturale est quod aptum est in aliquo tēpore fieri sanguis, quoniam est sanguis non plene concoctus. Vnde aris. 6. topic. inquit phlegma esse primum indigestorū a cibis proueniens. Gal. 2. de diff. feb. ca. 6. Quicumq; humor in corpore frigidus atq; humidus fuerit, hunc nos pituitā appellamus & sic erit humor fig. & humi. Et de Atrabile ca. 2. apparet pituita omnis qualitatis expers ueluti aqua. Verum, naturali qualitate mutata non modo salsa, sed acida etiā fit, quin & non raro dulcem qualitatem acquirit. Hunc itaq; humorē, qualiscunq; fuerit pituitam appellant, si modo albus extiterit. Et. 2. de diff. feb. ca. 6. alia est pituitæ species, quam pleriq; cum creatu expuunt sensibilem habens dulcedinem & c. Auic. pri.

primi cap. allegato octo species phlegmatis non naturalis enumerat. ut uidere poteris . Obiectio.

Quomodo octo enumerat. quum iuxta Gal. sententiam ad summum tres tantum sint. ut salsa, dulcis, acida.

Responsio. Certum est Gal. non nisi tres enumerasse differentias pituitæ, ut. 2. de diff. feb. ca. 6. Item. 3. de loc. aff. ca. 7. Veruntamen pituitam possumus dupliciter considerare, uel in ratione saporis, uel in ratione sue substantiæ si ratione saporis tunc erunt tres differentie, ut salsa, dulcis, acida, quæquæ & insipida addi posset, sed ratione substantiæ erunt etiam quatuor, quæ primis copulatæ, erunt octo. Quod Gal. etiam non negaret, nam in lib. de plenit. ad finem, humorem crudum inter pituitæ species esse reponendum ait, qui crassior ac minus flatuosus est & c. Præterea. 14. Meth. ca. 17. dixit euacuationem bilis esse facilem, sed pituitæ crassioris & glutinosioris esse difficilem, Ergo datur pituita crassa, que & mucilaginosa esse potest. Rursus. 3. de loc. aff. ca. 7. mentionem facit de uitrea a proraxagora appellata. Item de aquosa, que nulla qualitate infecta, dici potest insipida & sic ratione substantiæ erunt aliæ species. Item. 3. de loc. aff. ca. citato, atræ bilis differre facit, ob substantiæ uarietatem, igitur a simili pituita etiam in substantia uariabit. Obiectio.

Quomodo concordabis Auic. Gale. in ijs admixtionibus, Nam Gal. salsam fieri pituitam asserit, aut pp putredinem, aut pp salse serose humiditatis miscellam, Auic. uero ex miscella bilis cum pituita. Responsio.

Quod fiat pp putredinem ut dixit Gal. 2. de diff. feb. cap. 6. etiam Auic. concedit inquit, Et nos quidem dicimus putredinem ipsum phlegma salsum efficere, ideo q. in ipso aduersionem facit & c. Nec in humiditate serosa e Distat à Gale. Nam ipse sola inquit aquositas non facit salsum, quod uerè

est. Sed Gale. non solam sed salsam & serosam dixit, quod Auic. non negasset. Quod uero a bilis miscella fiat phlegma falsum, uerū est. Nam Arist. in lib. de sen. sensa, & 2. meth. falsum saporē affirmat esse eiusdem speciei cum amaro, Nā terrea partes adusta & amari saporis, si insipida humiditate, equaliter misceantur fit salsedo, si uero humiditatem superent, amaritudo, Quare cum bilis amara quidem natura ac sicca sit, & pituita misceatur, fieri potest, ut inde pituita salsas euadat.

De bilis definitione & diuisione.

χολα. i. bilis est humor calidus & siccus ex tenuiori et calidiori parte chyli, uel ex sanguine tenui & seruescente proueniens: Hæc duplex est, naturalis & non naturalis: Naturalis est humor calidus & siccus potestate, substantia tenui, flauo colore, aut rubro ad flauitiam declinante, sapore amaro: Non naturalis est que à iam dicta degenerat, Et hoc dupliciter per se & per admixtionem. Per se adhuc bifariam quum putrescit & aduritur & tunc dicitur adusta per putredinem. Altero modo quum non naturalis uitellina dicta, colore quodam igneo, in hepate, aut uentriculo, aut inuenis concoquitur & tunc fit porracea, qua et prasina dicitur et eruginosa: Per admixtionem non naturalis efficitur, quum illi alius humor admisceatur, et hoc multifariam. Nam si phlegma tenue & aquosum admisceatur, citrina siue crocea efficitur, si crassum & uiscosum uitellina, si adusta melancholia, fit bilis adusta & sic erunt sex species.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Quod bilis sit calida & sicca potestate probatur ex Gal. 2. de natu. fac. ca. 9. Bilis inquit flaua calida et sicca est, quantum uis sit ab aspectu humida. Quod uero sint sex bilis species habes ex Gal. lib. de atrabile ca. 2. ubi inquit Bilis. n. flaua fit pal-

lida ex serosa, & tenui humiditate, Que ubi resoluitur
 λευκοιωδης .i. uitelina appelatur, est & bilis inquit ipse
 πρασειωδης .i. porracea alia ιωδης .i. eruginea, alia ιοατωδης
 .i. glauca, alia rubra sanguini tenuiori proxima & sic erunt
 sex species. Auic. prima primi cap. de humor. hanc totam di-
 uisionem habet, lege eum uberius.

De melancholia definitione & diuisione.

Melancholia duplex naturalis & non naturalis: Natura-
 lis est boni sanguinis sex ac ueluti limosa quedam superflui-
 tas, siue crassior quidam sanguis cuius color niger est, sapor
 uero acerbis uel acidus in massa sanguinaria existens ad alen-
 das partes melancholicas progenitus. Non naturalis que a
 naturali degenerat, definiturq; in uniuersum. Quod sit hu-
 mor frigidus & siccus ex crassiori portione chyli proveniens,
 Cuius species sunt quatuor: Prima quum Melancholicus hu-
 mor naturalis diuisus in sua propria substantia adurit &
 putrescit, fitq; bilis exquisite nigra que acida est et in terram
 effusa uelut Acetum feruet & terram attolit: Secunda est bilis
 atra ex aduisione aliorum humorum. Que. n. fit ex flaua bi-
 le uehementer adusta. Non aliter ac exquisita atra terram ra-
 dit ac attolit. Tertia species Melancholia non naturalis est
 que a lapidosa concretionem oritur. Quarta species quum ali-
 us humor ipsi melancholia naturali permiscetur, dumq; hoc
 fit dulcoratur & mitescit, modo neutra bilis adusta admi-
 scetur, quia tunc uel acescit uel amarescit & erosionis fit
 particeps.

Loci consentientes ex uera medicina.

Gal. 2. de temper. ca. 3. Sanguis optimus succorum ac pro-
 prius huius ueluti sedimentum ac sex atrabilis est. Que id cir-
 co tum frigidior tum crassior sanguine est, sicuti flaua bilis
 longe calidior. Et. 3. pronost. comen. 29. Atra bilis generatio

duplex, Altera a sanguine crassiore, qui proportione in uenis subfidenti in dolio uini fecule respondet, Altera a flaua bile uehementer affata, quæ atrabilis alioqui malefica est ac deæ rodit partes in quibus abunde collecta est, Altera mitior, quæ hæc est, maxime quoties nondum traxit in animali moram, cum aliquo calore abundantius præter naturam. Et. 3. de loc. aff. ca. 7. Melancholicos inquit esse in quibus siccitas & frigiditas dominatur & paulo inferius: Atrabilis ob substantiæ uarietatem, non obscuras habet differentias: Nam alia est ueluti fex sanguinis, quæ admodum spissa & fecibus uini non absimilis. Alia uero quam superior essentia est multo tenuioris atque uomentibus causa & olfacientibus acida uidetur quæ etiam terram radit attollit & fermentat, sed ea quam crasse feci similem esse dixi in terram effusa nõ inducit feruorem nisi forte in ardente febre ipsam præassari contingat. Hanc nominare consueui succum melancholicum aut sanguinem melancholicum. Vide etiam de his plura iuxta Gal. de atra bile ea 2. & 2. de naturalibus facultatibus ad finem. Auice. prima pri. cap. de humor. Cholera nigra alia naturalis alia non naturalis. Naturalis est boni sanguinis fex & turbulentia & superfluitas in comparatione ad sanguinem. Melancholia non naturalis non est admodum hypostasis & fecis, imo est admodum adustionis & cineritatis, & tunc est multiplex uel est phlegmatis, uel cholerae uel sanguinis uel melancholice cinis & sic erunt quinque species.

Obiectio.

Quomodo dici potest cinis phlegmatis quum Manardus dicat nõ posse ex pituita tantã assatione fieri ut nigra euadat. Responso. Dico quod pituita, si aduritur, Melancholia in qualitate si non in colore fieri potest.

Obiectio.

Quid est frigidior pituita, an atra bilis? Responso. Si considerentur iuxta earum essentiam, frigidior est pituita.

Si uero iuxta earum Impressionem, atrabilis, quia pituita est densior.

Authores erronei dissentientes circa humores.

- 1 Adserere cum Arist. solum sanguinem nutrire & ceteros humores esse superfuitates.
- 2 Adserere humorem naturalem esse malum, quum nutrire non possit.
- 3 Adserere sanguinem dari ab alijs humoribus in aggregatione distinctum.
- 4 Adserere uirium Robur sequi ad sanguinis copiam & ad eius paucitatem minui.
- 5 Adserere non dari quartam temperiem in succis quæ est frigida & sicca.
- 6 Adserere humorum generationem esse reciprocam ita ut ex sanguine fiat pituita.
- 7 Adserere humorum cognitionem esse inutilem cum Erasistrato.

Confutatio dissentientium circa humores.

Confutat primum Gale. 3. de Tempera. cap. 2. dum inquit, Omne animal conueniente sibi nutritur alimento, conueniens cuiq; alimentum est, quicquid assimilari potest corpori quod nutritur. Et primo de natur. fac. ca. 2. Nutritio est ad id quod nutritur eius quod nutrit assimilatio. Igitur Melancholica membra, Melancholia, Pituitosa, ipsa pituita in nutritione indigebunt, & sic solus sanguis non nutrit. Auic. prima præcap. de humor. Qui solum sanguinem dicit nutrire mentitur, si. n. solus sanguis esset humor qui membra nutrit, omnia in suis complexionibus & essentijs familia forent &c. Igitur solus sanguis non nutrit.

Ad secundum probatur tali ratione, Humor malus potest nutrire, ergo bonus & naturalis, & malus nutrire possit pro

batur quia ad benignum potest reduci.

Ad tertium Gal. lib. de plenit. ad finem. Nam neq; fieri alio qui potest ut adeo sincerus in uenis reperiatur sanguis, quin illi aliquid aut bilis aut pituitæ aut serosi humoris permixtum sit. siquidem sincerus ab alio humore sanguis & impermixtus inuenis nusquam habetur. Et lib. de Atrabile cap. 5. Quod igitur in uenis & in arterijs humores omnes una cū sanguine continentur, ostendit ipsius uarietas tum in colore tum in consistentiā &c. probatur & ex Hippoc. lib. de natura humana, quem citat hoc in loco Gale. igitur sanguis ab alijs humoribus non distinguitur.

Ad quartum Auic. pri. pri. cap. de humor. Sunt quidam inquit qui opinantur corporis uirtutē sequi ad sanguinis multitudinem, et ipsius debilitatem sequi eius paucitatem, sed nō est ita, Quod uero attenditur est dispositio eius quantitatis quæ de eo corpus ingreditur.

Ad quintum Gale. 2. de natural. fac. ca. 9. contra Erasistratum hoc probat autoritate Medicorum et philosophorum, qui humores quatuor anni temporibus compararunt. Vnde inquit sicut quatuor sunt anni tempora ita quatuor erunt humorum temperaturæ. Præterea sicut dantur Morbi frigidi et sicci ita in humoribus quarta temperies quæ est frigida et sicca.

Ad sextum Gal. 2. de uic. in mor. ac. comen. 31. Pituita pro æssu temporis coquitur & sanguis efficitur. sed nec flaua bilis, nec atra in sanguinis substantiam redeunt, igitur eorum generatio non erit reciproca, uel tali ratione. frigidum a calido fieri non potest regulatis a natura humoribus igitur nec a sanguine fiet pituita & sic non erit reciproca generatio.

Ad septimum Gal. 2. de nat. fac. ca. 8. Nunquid queso quemadmodum cibi concoquantur in uentre est utile sciuisse, ita nōne paris momenti est, uel sanguinem bonum gigni uel nutrimentum

tum in uentre probe in chylum uerti, & paulo inferius. Nonne generandi hydropis causa ex sanguificationis defectu prouenit. sicuti ex ciborum coctionis defectu diarrhea, ac si diceret, quomodo hæc capi possunt nisi humorum cognitione contemplatus fueris & c. & sic humorum cognitio non erit inutilis.

De diuisione Membrorum in genere.

Membrorum alia sunt homæomera. i. similaria, alia organica. i. instrumentaria: Homæomera dicuntur, quæ communicant cum suis partibus in nomine & ratione, ut os, caro, Organica uero sunt, quorum nulla pars nec in nomine nec in ratione cum toto communicat, quum manus siue capitis pars, nec manus sit nec caput. Quæ diuisio a naturali operatione sumitur: Naturalis. n. operatio his tribus perficitur. s. temperie, compositione & unitate, quarum temperies simplicibus membris attribuitur, compositio instrumentarijs, & horum utrisq; unitas. Compositorum igitur quedam sunt principalia, quorum unum ad stetiẽm conseruandam, ut testiculi, Reliqua ad indiuiduum seruandum attribuntur, his seruiunt, ut cerebro nerui, cordi arteriæ, hepatis uenæ, testiculis uasa spermatica, ab his quoq; tanquã a principio dependent, stomachus; renes, intestina omnesq; musculi, quæ præter proprias uirtutes sensu & uita cum uoluntario motu fruuntur.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Gale. de cõsti. art. Med. cap. 4. Nimirũ quum corpora quæ similaria appellantur ex dissectione apprehenderimus, compositorum pariter membrorum quæ instrumentaria nonnumquam nominare solemus. scientiam assequemur & sic duplicia sunt membra simplicia & composita. Auic. pri. pri. cap. de memb. Membrorum alia sunt simplicia, alia composita, simplicia sunt, quorum quancunque sensibilem partẽ assumpse

ris in nomine & definitione erit toti communicans, composita sunt illa quorum quancunq; partem acceperis in nomine & definitione communicans non erit sicut manus & facies. Gal. in lib. art. med. ca. 9. Vniuersæ partium differentiæ sunt quatuor nonnullæ earum principia, aliquæ ab his originem habent, aliquæ nec aliarum gubernationi præsumt neq; aliunde gubernantur, quum insitas habeant a natura potentias a quibus reguntur. Quædam sunt quæ insitas simul & aliunde emanantes habent. Principia igitur sunt cerebrum cor hepar testiculi, ab his oriuntur & subministrant nerui & spinalis medulla cerebro, cordi arteriæ, hepatis uenæ testiculis uasæ seminaria. Et ca. 8. ar. med. Vitiorem genera eadem sunt his, quæ uirtus em perficiunt. Temperies quidem in consimilibus numerus formatio magnitudo & situs in instrumentarijs, utrisq; uero cõmunis unitas. Et de tot. morb. temp. ca. 7. Triæ facultatum totum corpus gubernantium principia sunt cor, hepar, cerebrum, ex quibus oriuntur nerui uenæ arteriæ, hi & similes loci ea quæ dicta sunt probant.

De facult. naturalibus & de earum definitione.

Potentia siue facultas est cuius operis & actionis causa & hæ duplex est præterea. i. actu, altera potestate, hæc potentia siue facultas etiam dicitur uirtus & tunc quadrifariã describi potest. Primo quod uirtus sit habitus penes quem aliquis dicitur bonus. Secundo quod sit quedam actiua qualitas, sicut dicimus elemēta habere quatuor uirtutes. i. quatuor qualitates. scilicet calidas frig. & c. Tertio describitur quod uirtus sit quedam forma specificã, sicut dicimus eupatorium habere uirtutem ad iccoris morbos. Quarto describitur quod uirtus sit anime facultas qua suas peragit operationes.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Arist. 2. ethic. uirtus est dispositio quedã anime, per quã in

ter duo extrema tenemus medium, & hæc spectat ad moralem philosophum. Gale. i. de cau. pulsuum, loquens de generibus pulsuum, inquit, Quando essentia incognita nobis est, hoc nomine facultatis eam appellamus. Alicuius. n. est facultas, & eius notio est relationi subiecta, ac si diceret eam facultatem dici de omnibus ad quæ referri potest & sic de habitu & de qualitate actiua dicitur. Gale. i. de fac. simp. ca. i. facultas causa quæ est effectrix, eaq; partim actu ut calefaciendi in igne, partim in futuro tempore ut calefaciendi pyretro, uel sic in animalibus describitur. Virtus siue facultas est anime potentia membri essentialiter attributa ad suas operationes peragendas.

De facultatum alia diuisione.

Facultas etiam triplex est, Naturalis, uitalis & animalis, triplex inquam in ratione non in substantia. Nam sicut in citro, color, odor, & sapor inueniuntur diuersi in ratione ijdẽ in substantia, ita in his facultatibus, naturalis locatur in hepate & est facultas, quæ nutriens in similitudinẽ nutriti trãsmutat. Hæc duo præsupponit generationem s. & auersionem. Nam generatio ita alterationem & formationem sicuti auetrix habet alteratricem & nutricem auxiliatrices, auetrix facultas est potentia, qua corpus in omnem dimensionem augeatur usq; ad augmenti finem, uocatur ab Auic. crescitua, Naturalis siue nutritrix facultas similiter agglutinationem & appositionem præsupponit. Assimilatio qua in nutrice reponitur, quatuor has facultates supponit attractricem s. retentricem alteratricem siue concoctricem, & expultricem. Facultas uitalis siue animosa est quæ uiuificat, & locatur in corde, a quo procedit uita ad singula corporis membra uiuificanda. Facultas animalis est potentia ipsius anime in cerebro locata quæ in motricem & sensibilem aut in quaternas cerebri facultas

tes diuiditur, quæ sunt sensus communis imaginatrix, ratiocinatrix quam cogitatiuam etiam dicunt, et memoratrix. Sensus communis est qui solus omnium aliorum sensuum sensata percipit. Imaginatrix quam Græci φανταστικὴν uocant, dicta est eo quod nobis uisa proueniant. Ratiocinatrix est quæ reuocat species subsensum ad iudicium, atque rerum imagines de potentia abstrahit. Memoratrix est quæ omne a cæteris facultatibus elaboratum est et receptum ueluti tutrix conseruat et fouet.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Gal. 9. meth. ca. 10. Gubernant animal tres diuersi inter se generis facultates toti corpori ex suo ueluti fonte quæque distributa (eas Plato uocat animas) Est. n. earum quedam ad nutriendum animal necessaria, ac, cum stirpibus communis quæ Iecur pro fonte habet, hanc appetitricem seu naturalem seu altricem appellare licet sicuti et animam aut facultatem. Altera est quæ non modo ut stirpibus, aut uita præditis sed etiam ut animalibus est anima insita, hæc in corde collocatur eui insiti caloris fonte. Tertia anima ratiocinatrix in cerebro domicilium habet, ea uoluntarijs actionibus unâ cum sensibus præsidet.

Loci de uirtute uitrice.

Aristo. 2. de anima uirtus nutritiua est potentia saluare sciens ipsum secundum quod est eius, Gale. 1. de naturalibus fac. cap. 12. At quod necesse sit nutritionem esse assimilationem nutrientis ei quod nutritur dereliquet. Auic. pri. pri. cap. de uirt. Virtus nutritiua est illa quæ nutriens in nutriti similitudinem conuertit, ideo ut per ipsum restaurationem eius recuperet quod dissolutum fuit. Quod primum in nature operibus sit generatio probatur ex Gale. 1. de fac. nat. cap. 5. Generatio simplex quædam actio nature non est sed ex formatione

alteratione; composita, & cap 8 ubi animal magnitudinem perfectam adeptum est, usq; ad etatis uigorem nutritrix uirtus dominatur, cui auxiliatrices & ministræ sunt alteratrix & nutritrix. Et ca. 11. Ad hoc ut fiat nutritio suæ adherentia præcedat oportet, Sicuti etiam ut illa fiat appositio, exemplum habes de uirilagine quæ nutrimenti est adherentia sed non est assimilatio.

Loci de quatuor facult. nutritiue ministræ.

Auice. pri. pri. cap. de uirt. ministræ. Virtute nutritiue ministrantes sunt quatuor uirtutes attractiua retentiua digestiua et expulsiua. quæ uero sit unaquæq; poteris ab ipso ediscere. Gal. 3. de temper. ca. 1. Quatuor nimirum dicimus totius corporis proprias facultates esse, attractricem alteratricem retetricem & quartam quæ alieni sit segregatrix, easdemq; facultates esse factus esse totius in quouis corpore substantia & c.

Loci de uirtute auctrice.

Arist. 2. de anima uirtus augmentatiua est uirtus factiua quæ anti. Gal. 1. de fac. nat. cap. 7. Auctio est solius nature opus, ut corpus quod continuitatem suam & speciem quam prius habuit uniuersam seruet, in omnem partem extendere, quæ sine nutrimento affluente adherenteq; fieri nequit. Auice. pri. pri. cap. de uirt. ministræ. Virtus augmentatiua est uirtus quæ addit in diametris totius corporis secundum proportionalitatem, quousq; corpus ad augmenti finem perducatur per illud quod ipsum ingreditur ex nutrimenta, itidem ait in sexto de naturalibus.

Loci de facult. uitali.

Gal. 5. de locis aff. cap. 1. Cor. innati caloris ueluti fontē esse, neque animal mori posse nisi cor afficiatur, tam declaratiue est igitur cor est membrum uiuificans.

Auic. pri. pri. cap. allegato. Virtus uitalis est quæ cum re-

cepta

cepta fuerit in membris preparat ea ad recipiendum uirtutem sensus & motus & operationes uitæ &c.

Loci de facultate animali.

Gale. 5. de loc. aff. ca. 1. Osten sum est sensum & motum uniuersis corporis partibus a cerebro suppeditari &c. Et tertio de loc. aff. ca. 7. Rationi consonum uidebatur animam in cerebri corpore sedem obtinere atq; in ipso & rationis uim & sensibilibus imaginum memoriam residere &c. & sic anime facultas in motricem & sensibilem potentiam diuiditur. Arist. tertio de anima cap. 2. sensus communis est qui solus sensata aliorum sensuum percipit. Auic. primo can. ca. de uir. animali. Phantasia. i. imaginatiua est uirtus quæ formas perceptas a sensu communi custodit, & retinet eas post sensus absentiam. Themist. una cum Arist. Imaginatiuam esse potentiam anime a sensibus ortam dicunt. Arist. primo ethic. facit differre uirtutem ratiocinatricem ab intellectu, eo qd causas cum effectibus conferre possit, sed intellectus causas tantum comprehendat. Gal. lib. fin. med. Sensus est affectus anime per corpus nuntius rei quæ mouere idonea est. Arist. lib. de memoria & reminiscem. Memoria inquit est habitus phantasmatum. i. imaginis. Auero. ibi memoria est reuersio in presenti, intentionis iam in præterito comprehense. Auic. primo can. Memoria est thesaurus eius quod peruenit ad extimationem de intentionibus perceptis a sensu extra formas perceptas a sensu. Gal. lib. fin. med. Memoria est præteriti comprehensio, cuius presens fuit ex sensu perceptum.

Dissentientes circa facultates dictas.

- 1 Adserere facultates naturales non esse in qualibet parte corporis.
- 2 Adserere facultates esse remediorum indices.

C

- 3 Adserere facultatem nutricem & auctricem esse idem.
 4 Adserere facultates non alibi, quam in animato corpore posse reperiri.
 5 Adserere facultatum cognitionem esse medico inutilem.
 6 Adserere facultatem uitalem non esse naturali priorem.

Confutatio dissentientium circa facultates naturales.

Ad primum Gale. 5. de loc. aff. cap. ult. Est igitur communis sermo quem inuenire proposui de naturalibus facultatibus, quas in qualibet parte, quatuor generatim esse didicistis, primam uoco attractricem quæ parti peculiare succos alendi ipsos gratia & appetere & attrahere potest. Altera est quæ alteratrix dicitur, quæ succus attractus similis euadit parti, quæ aliter, huic duæ aliæ ministrant retentrix & expultrix &c. & sic in qualibet parte erunt facultates, similis sententia est in lib. de plenit. circa medium.

Ad secundum Gal. de opt. secta ad Thrasibus. cap. 42. si constans uis remedium indicat. In sanis quoque quoniam constat, remedium indicabit, sed in sanis remedium non indicat, ergo nec in ægris constans remedium indicabit.

Ad tertium Gale. primo de natural. facult. ca. 9. Quippe summa rei sic habet. generatio auctio & nutritio, prima naturæ operum ac ueluti capita sunt, ubi distinguit auctioem a nutritione, igitur idem non sunt. Præterea tali ratione probatur, Quæcunque in fine & in quantitate materiæ differunt, non sunt idem, sed auctrix & nutritrix sunt huiusmodi, igitur idem non sunt, Quod differant in fine & in quantitate materiæ probatur ex hoc quia nutritrix indiuiduum tantum conseruat, Auctrix uero auget. Veruntamen dicimus unam & eandem substantiam esse, quæ duo hæc efficit.

Ad quartum Gale. primo de natu. fac. cap. 13. probat in magnete & in succino esse uim attractoriã, sicuti & in purganti

bus medicamentis & in stirpibus & in similibus esse alias facultates, igitur alibi quam in animato corpore reperiuntur.

Ad quintū Gal. 2. de naturali fac. ca. 3. Nisi. n. a natura facultas quaedam naturalis unicuique instrumento statim ab initio sit tributa. durare animalia non poterunt, non modo tantum annorum sed nec paucissimorum dierum, igitur scire has facultates, non erit inutile. Præterea probat Gale. citra facultatē attractoriam de urinae secretionē neque de alimenti distributione, aut de nutritione non medico licere loqui igitur harum cognitio, non erit inutilis. Rursus quinto de loc. aff. ca. ult. has facultates inquit in qualibet affecta parte, utrum ualide sint, an infirmæ consideretis, hortor, & sic earum cognitio non erit inutilis.

Ad sextum Auice. prima primi cap. de uirt. uit. inquit q̄ preparat ad recipiendum alias uirtutes, igitur erit prior, Præterea id prius est, cuius instrumentum est primum sed instrumentum. s. cor uirtutis uitalis est prius factum quam hepar, igitur erit prius.

De sanitatis ac Morbi definitione.

Sanitas est harmonia siue cōcinnitas quatuor primorum elementorum qui secundum naturam in nobis sunt, uel sanitas est omnium nostri corporis partium naturalis quaedam constitutio ex qua actiones naturales edimus, uel est naturalium uirium actio minime impedita, ad sanitatem requiruntur pulchritudo bonus habitus integritas, Pulchritudo erit si proportio membrorum cum coloris probitate adsit, Bonus habitus sit non qualis exercitatorum nam ne salubris quippe hic habitus est, sed sicut superius a nobis descriptus. Integritas erit sine quid circa animum mores & robur ac symetriā corporis desit. Morbus uero cum ex diametro sanitati opponatur, erit inconcinnitas siue intemperies primorum elemen-

torum qui in nobis sunt, uel erit partium præter naturam constitutio ex qua actio uitiata prouenit, uel erit naturalium uirium præpeditio.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Quod sanitas sit harmonia &c. probatur ex Gale. 1. de tempe. cap. 1. Nam indicium inquit sani hominis ac temperatim est elementorum portionis equalitas. Et tertio de Mor. diff. ca. 1. Sanitas est affectus secundum naturam ad faciendam actionem idoneus, nec refert si dixeris constitutionem suæ affectum sicut nec actionem, nec actionis causam. Et primo meth. cap. 9. Sanitatem inquit esse ipsarum functionum constantiam aut affectum suæ constitutionem partium, cuius ope functiones secundum naturam edimus. Et tertio meth. ca. 3. Quippe monstratum est sanitatem in similaribus corporibus ipsarum quatuor qualitatum esse iustam temperiem. Auicenna secunda primi cap. de diuisione dispositionum corporis. Sanitas inquit est dispositio, per quam corpus hominis in sui complexione & compositione tale existit, ut ex eo operationes eius omnes proueniant in columes. Quod uero pulchritudo requiratur &c. Gale. in art. med. cap. 8. Signa optimæ constitutionis sumuntur a commensuratione pulchritudine ab optimo colore, ac præterea ab earum quæ ipsis insunt uirtute operationum. De morbo uero sic. Gale. de constitutione art. med. ca. 1. 2. Id quod excellenter sanum est, sit modo illud simile uel instrumentarium, omni ex parte moderatum existet, ægrum uero immoderatum, siquidem morbus immoderatio quædam est. Et secundo de natu. hum. commen. 1. Morbus est affectio quædam in animantis corpore, quæ primum actionem ledit. Et. 3. de sympt. diff. cap. 1. Morbus est constitutio quædam præter naturam a qua primo actio uitiatur, quin si affectum dixeris a quo actio uitiatur, idem est &c. Et meth.

2. cap. 1. & 3. Nam contrarium sanitati affectum a quo le-
di actionem diximus, morbum tantum appellamus, & simili-
ter cap. ult. Quicumq; affectus functioni officit, is est morbus.

De sex morborum generibus.

Sicuti naturalis operatio in his tribus consistit .s. in tem-
perie compositione & unitate ut dictum est, ita morbus erit
in triplici diuisione, nempe in complexione compositione &
unitate soluta. In complexione ut calidus frigidus humidus
& siccus, aut cal sicc. cal. hum. frigidus, siccus frigidus humi-
dus. In compositione quadrupliciter in positione magnitudi-
ne figura & numero. In unitate simpliciter nempe in simila-
ribus & instrumentarijs simul, & sic sex erunt in uniuersum
morborum genera, unum quippe in similarium partium in-
temperantia, in organicis quatuor, in utrisq; unum, quod est
soluta continuitas, leditur etiam operatio tripliciter debilita-
ter uitiose aut quia nullo modo fit operatio.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Auice. secunda primi cap. 2. dicimus quod egritudinum
genera sunt tria loquendo de simplicibus egritudinibus, Pri-
mum est similarium & est species male complexionis, Secun-
dum est membrorum officialium, quae sunt egritudines com-
positionis, Tertium est egritudinum communium, quae egrit-
tudines accidunt membris similaribus & instrumentarijs
& c. Gale. 1. de diff. mor. cap. ult. Nempe dictum est q. alij
sunt primorum similariumque corporum morbi, alij instru-
mentorum compositorumque, alij utrorumq; ut pblegmone
& c. Et lib. de opt. corp. constitutione inquit quod temperas-
mentū ex calido frigido humido sicco cōgmenti mensura desi-
nitum, similarium membrorum est sanitas & q. constructio par-

tium ex positione magnitudine & figura & numero constituitur &c. Si igitur sanitas in ijs consistit, simili modo & morbus in his erit, quum in eodem genere ambo constituantur teste Gale. meth. 1. cap. 7.

Quod uero sex sint morborum genera probatur ex Gal. 2. meth. cap. 6. dum inquit, Ergo sunt sex in uniuersum morborum genera, unum ipsorum similarium proprium nempe intemperies, quatuor ut modo dictum est instrumentorum cuiusq; & cum his sextum, quod tum similaribus tum instrumentalibus est commune ipsius unitatis solutio.

De causis salubribus & insalubribus.

Causarum alia sunt conseruatrices, alia effeetrices, conseruatrices sunt quae corpus in optima constitutione praeseruant, Sed quia corpus alteratur et corrumpitur, idcirco quot modis alteretur dicamus. Alteratur corpus sextupliciter, primo ex aere ambiente, secundo ex motu & quiete, tertio ex somno & uigilia, quarto ex cibo & potu, quinto ex his quae excernuntur & retinentur, sexto ex affectibus animi. In his cause salubres & insalubres conseruatricesq; consistunt, Na in his si modis seruetur conseruatrices sunt, sed ubi a modo recesserint in salubres redduntur, de his sex rebus non naturalibus in morbis a capite usque ad pedes de incept pertractabimus, causa etiam dispositionum corporis rursus alteratur ex frigore calore siccitate humiditate. Cause uero morbi effeetrices sunt tres procatarticae & antecedentes & coniunctae quae diuiduntur per se uel per accidens.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Gal. in art. med. cap. 84. Quia salubrium nonnullae sunt conseruatrices, nonnullae effeetrices & Paulo infra, si corpus esseet impatibile & inalterabile semper optima constitutio perduraret, sed quia corrumpitur et alteratur idcirco eundem prio

ris status tenorem non seruat, & c. Et cap. 85. eiusdem lib.
 Quot igitur numero sint ea quæ ex necessitate corpus alte-
 rat, distinguentes proprium in singulis eorum causarum salu-
 brium genus inueniemus. Vnum igitur erit ex ambientis aë-
 ris adhæsio secundum ex motu & quiete & c. ubi sex res non
 naturales enumerat. Auic. secunda primi doc. secunda, cap. 1.
 causa dispositionum corporis & c. sunt tres antecedentes pri-
 mitiue & coniunctæ, et paulo inferius dicemus q. cause quæ
 mutant dispositiones corporis & quæ conseruant, aut sunt ne-
 cessariæ a quibus impossibile est hominem egredi in toto tem-
 pore uitæ suæ, aut non necessariæ, necessariarum sunt sex ge-
 nera. genus aeris circumdantis. genus motus & quietis & c.
 Gale. in art. med. ca. 80. Alteratur uero substantia a caliditate
 frigiditate humiditate & siccitate.

De causis morborum partium instrumentalium.

Dictum est q. ad composita membra quatuor spectant, posi-
 tus siue situs formatio magnitudo & numerus. Primum situs
 uel est optimus, uel parū uariat, uel a modo recedit, uel agrū
 plurimo recessu reddit. Formatio quoq. tripliciter leditur,
 uel in figura quum a cursu naturali mutatur in meatu uel ori-
 ficio & hoc ratione obstructionis aut dilatationis, in mem-
 brorum superficie quum adest asperitas et lenitas, magnitudo
 dupliciter excessu & defectu, numerus similiter aut deficit aut
 superabundat, ut sextus digitus in manu, hæ omnes cause, si
 modum excederint insalubres dicuntur, si uero a mediocrita-
 te non recesserint, erunt salubres de soluta unitate quæ de chy-
 rurgia tractabimus fusius loquemur.

Loci contentientes ex uera medicina.

Auic. secunda primi cap. 3. Compositionis ægritudines qua-
 tuor comprehenduntur generibus, ut ægritudines creaturæ,
 ægritudines quantitatis, ægritudines numeri & ægritudines

fitus, ægritudines creaturæ. i. formationis uel sunt in figura uel in uis uel in receptaculis & uentriculis, uel in superficie &c. Gale. in art. med. cap. 87. Instrumentarium partium causæ salubres, aliæ sunt salubres erroribus qui in foramine consistunt, aliæ his qui in magnitudine uel numero uel positu &c. quæ susus uidere poteris, lege etiam de his Gale. 1. de diff. morb. cap. 7. exempla in omni morbo afferentem.

De Morborum calid. frig. sic. & humid. causis.

Causæ morborum calidorum sunt quinque putredo, uicinitas ad corpus calidum, obstructio, cibus & potus calidus et motus uehemens, Causæ frigidorum sunt quatuor uicinitas frigidorum cibi potusque qualitas & quantitas, obstructio & raritas, otium & motus immodicus: Causæ siccorum sunt sex plurima transpiratio & pauca nutritio, alimenta siccantia, sollicitudo & uigilia, aeris constitutio sicca, aquæ nitrosæ & sulphurose aluminosæ, & medicamenta exiccantia, Causæ humidorum sunt his, e contrario oppositæ, ut alimenta humidissima, quies somnus potus plurimus &c. ex quibus facile morborum compositorum causæ intelliguntur.

Locis consentientes ex uera Medicina.

Gale. 2. de morb. cau. cap. 2. Corpora quæ plus satis incaleant, ita uidetur affici, uel ob motum aliquem aucto calore, uel ob putredinem, uel ob calidiori corpori uicinitatem &c. redditur rationem de unoquoque. Et cap. 3. eiusdem lib. frigidi morbi causæ sunt ut frigidorum uicinitas cibi potusque quantitas & qualitas, constipatio & raritas &c. reddens de singulis rationem. Et cap. 4. & 5. similiter de siccis & humidis morbi causa etiam rationem reddit. Auicenna, secunda primi doc. secunda summa secunda cap. 2. 3. & 4. idem asserit ut Galenus, quæ longum esset recensere, uide tu si lubeat eum susus. Vide etiam Galenum primo de diff. feb. cap. 3. & 2. eius

dem cap. 9.

Autores erronei dissentientes circa sanitatē & morbū.

- 1 Adferere sanitatis cognitionem non esse medico necessariam.
- 2 Adferere morbos posse cognosci non cognito affectu secundum naturam.
- 3 Adferere morbos similarium partium non distingui ab instrumentarium morbis.
- 4 Adferere scire morborum numerum non esse necessariū.
- 5 Adferere morbum in numero ab eo quod est in quantitate non differre.
- 6 Adferere causas morborum non esse semper considerandas.

Confutatio dissentientium circa sanitatem & morbū.

Confutat primum Gale. meth. 2. cap. 3. inquit q. sanitatis egemus omnes ob actionem quæ est secundum naturam.

Nam sine sanitate actionem integram habere non possumus. Et nono meth. cap. 9. sicut primum propositum est in methodo, morbi sublatio ita in opere de sanitate tuenda, est sanitatis tuitio, igitur erit necessaria.

Ad secundum Gale. meth. 2. cap. 4. Necessè tibi erit eo quod secundum naturam est prius presumpto, ita quod est præter naturam inquirere. Nam si ipsum quod secundum naturam est, non nosti, nec quod egressum est a natura nosti, igitur primum sanitatem cognosces antequam morbum cognoscas.

Ad tertium Gale. 2. meth. cap. 6. exemplo probat. Nam quum crystallinus humor ex intemperie laborat, omnino leditur oculorum functio. Caterum non est ut eorum organa sint morbus. Præterea Hippoc. constituit aliud esse in corporibus similaribus morbi genus, aliud in instrumentarijs igitur distinguntur.

42 DE CONSENSV MEDICORVM

Ad quartum Gal. meth. 1. cap. 5. Quoniam omnis morbi cu-
rationem inuenire propositum est, necesse est, morborum nu-
merum prius sciri.

Ad quintum Gal. de consti. art. med. cap. 12. Differt numerus
morbus a quantitatis morbo, ex eo quod in hoc morbi genere
particula nonnunquam integra, in illo uero portio quepiant
alicuius particule, aut amputanda est aut adijcienda.

Ad sextum Gale. pri. meth. cap. 8. tria rerum genera enu-
merans, primum genus corporum, alterum actionum, tertium
inquit esa genus causarum que hos affectus creant, que ad me-
dendi artem incipiendam primum sunt noscenda.

De cura singulorum sex morborum in genere.

Morbus in complexionem per sui contrarium aufertur. Nā
si calidus sit frigidus, si frigidus calido si humidus sicco & ecō
uerso remouebitur, si ex utroque sit compositus utroque con-
trario indigebit, Si quidem contraria contrarijs curantur,
Morbi in formatione, in nuper nato animali ad habitum na-
turalem tantum reducuntur, post hac emendari non possunt,
similiter morbi in cauitate parui, quum adhuc augetur animal
per quietem & alligationem redduntur. Magni uero per par-
tium operationem & spiritus retentionem. Morbi in nume-
ro si ex aliqua particula deficiente fiant, eam efficere studebi-
mus subministrando naturæ, si ex superabundanti hanc rese-
cabimus, hæc omnia sanare possumus, sed q. omnia generen-
tur non æque possumus: morbis in magnitudine similiter ex-
cedentibus naturæ modum, ablatio & abolitio conuenit, defi-
cientibus, refectio uel generatio, morbos insitu, si que particu-
le a suo situ dimoueantur, ad suum locum reducendo, sanabi-
mus.

Locis consentientes ex uera Medicina.

Gale. in art. med. cap. 89. Curatio unam præcipuam accom-

munissimam habet intentionem, ad id, quod est dispositioni contrarium auferendæ. Calido enim affectui causa frigida contraria est, frigido calida, eademq; in cæteris proportione seruata. Et cap. 93. eiusdem libri, in ijs igitur qui adhuc crescunt, possibile est plurium partium figuram emendare, in his autem qui iam aucti sunt minime. Et cap. 96. quum morborum in numero duplex sit differentia, quibus aliqua particula deficit, his intentio alteram efficere sub ministrando naturæ, At quibus superabundat, hanc rescare oportet aut scalpello, aut igne, aut medicamento quod urendi uim habeat, de alijs morbis lege cap. 97. & 98. eiusdem libri. Gal. 8. meth. cap. 3. illud esse uerissimum omnium inquit q, contraria contrariorum sunt remedia, & cap. primo eiusdem libri omnis excessus per contrarium excessum sanatur, similiter lib. 7. cap. tertio. & lib. 4. cap. 2. curabis inquit calidum refrigerando frigidum calefaciēdo & c. similis sententia est aphor. 2. aphorif. 22. & in mille alijs locis.

Obiectio. Obstructio ad quem

horum morborum referenda erit? Responſio.

Obstructio est compositionis morbus in meatu siue in orificio, fitque ex lentis ac crassis humoribus, curaturq; per apertionem quæ fieri solet per abstergentia atq; incidentia medicamina.

Obiectio. Intelligis ne per

apertionem uulgarem medicorum digestionem, an aliud ab hac distinctum. Nam digestio Auic. est tenuis materiæ incrasatio, uel crasse & lente extenuatio. Responſio.

Intelligo per apertionem humorum ac meatuum præparationem. Nam humores oportet esse non tantum fluxui paratos, quam etiam aperta esse foramina per quæ debet purgatio fieri, ut Gal. aphorif. primo, comm. 24. Et secundo aphorif. mo. commen. 9. Nam tunc fluidum esse corpus pronunciat, quum tam in humoribus quam etiam in meatibus referatis,

fuerit apertum.

De Morborum indicijs in genere.

Indicia morborum uel a ratione temporis sumuntur, & sunt tria praesentia praeterita & futura. Nam uel morbum praesentem indicant, uel futurum esse praenunciant, aut memorie subiiciunt, haec omnia interdum a medicis praenunciatiua uocantur, uel sumuntur a ratione suae essentiae & sic erunt quatuor. Primum ab exeuntibus in quantitate & qualitate mutatis & cognoscuntur a multitudine excrementorum siue per urinam per sudorem per uomitum per stutum & per secesum & per qualitatem mutatam sicut est totius corporis rubor uel pallor uenarum ac membrorum tumor &c. Secundum ab operatione lesa & cognoscitur a grauitate, a pigritia, a sensuum imbecillitate, a pulsu magno & pleno, ab haesilitate, a corporis extenuatione &c. Tertium a proprijs morborum accidentibus sicut in pleuritide a tussi, a dolore, a febre. Quartum a membrorum positu ut a capite, a uentre, & ab alijs locis affectis. Vel sumuntur indicia a uiribus corporis & hoc trifariam, uel a uirtute animali & cognoscitur ex motu ex ratione & sensibus, uel a uirtute uitali & cognoscitur ex pulsu & ex spiratione, uel a uirtute naturali, & cognoscitur ex urinis & ex egestionibus. Horu quaedam sunt salubria q̄ salutem, quaedam insalubria q̄ mortē praedicere solent.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Gale. in art. med. cap. 7. Signa sunt salubria & insalubria quae praesentem indicant aegritudinem & futuram praenunciant, atque praeteritam memorie subiiciunt, & paulo inferius, Haec quoque secundum tria tempora salubria & insalubria dicuntur, quoru usus maior est de indicatiuis, qua ex his quae memoriae subiiciunt. Gale. in art. med. cap. 8. quaecunq; excernuntur, nonnulla quidem sunt ueluti partes patietium locorum,

non nulla tanquam excrementa, quæ uero in ipsis continetur
singula propriã faciunt iudicationem, et sic ab exeuntibus su-
mitur indicium. Gal. pri. de loc. aff. cap. 5. locorũ nota, ab actio-
ne lesa & excrementis & positu & doloris proprietate &
a proprijs accidentibus sumuntur. Affectuum uero ab excre-
mentorũ specie, a loci natura & doloris proprietate & pro-
prijs accidentibus, sane actio lesa affectam partem indicare
potest & c. similiter. 3. de Symptomatum diff. ca. 3. de his indi-
cia habentur. Gal. meth. 9. cap. 13. hæc itaq; cum uires indicet,
maxima harum erit dignitas. Nam uiuere ipsum nobis ex ha-
rum custodia constat, ut pote quum uitã, aut ipsas esse uires,
aut earũ actiones sit necesse & c. Hippo. aphorif. 2. apho. 33. In
quouis morbo mète cõstare et bene si habere ad oblata bonũ,
cõtra uero se habere, malum, & Gale. in hoc commen. ex his
constare mente cognosces, quæ ad cerebrum & omnes mem-
branas, sicuti ad uentrem attinet hepar & cor ubi adest præ-
ptitudo ad ea quæ offeruntur & c. Gal. 1. de art. curat. ad glauc.
Virtus uitalis, quam ex corde prodire ostendimus expulsio-
um debilitate cognoscitur, at quæ ex hepate oritur, naturalis
dicta, ex sanguineis egestionibus aquosis & tenuibus, & quæ
ex cerebro originem ducit, animalis dicta, ex motuum uolun-
tariorum imbecillitate deprehenditur & c.

De alia signorum diuisione.

Sumuntur etiam indicia a complexionione, ab humorum do-
minio ab etate, a tempore consuetudine & uictu præterito
complexiones cognoscuntur per decem genera. Primo ex ta-
ctu ut si cali. frig. Secundo ex adipe & carne addita nam mul-
ta caro caliditatem, Pauca cum multo adipe frigiditatẽ. Ter-
tio ex celeri actar do capillorum ortu, nam cæler cali. tardus
frig. Quarto ex corporis colore, nã color croceus rubeus lu-
teus ac pallidus caliditatẽ, albus liuens plumbus frigiditatẽ.

Quinto ex membrorum forma, nā ampla lata caliditatem. Angusta uero frig. Sexto ex membrorum sensu, nam cito sentiens caliditate frig. Septimo a cogitatione hominum. Octauo ab operationibus, nam celeres operationes caliditatem & econtrā frig. Nono ex superfuitatibus corporis, nam siquid egrediens acutum habeat odorem, caliditatem indicat, si minus frigiditatem. Decimo ex accidentibus animi ut ira audacia inquietudo impietas & similia caliditatem, contra uero frigiditatem. De etate, id dictum est pueros & iuuenes esse calidos, senes & decrepitos frigidos, similiter ex tempore & consuetudine & uictu præterito iudicandum est.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Gal. lib. de sectis ad eos qui introducuntur ca. 4. & 5. Hoc igitur modo illi ab ipso affectu eius quod confert indicationem eliciunt, similiter ab ægotantis uiribus ab etate, ab anni tempore & regione &c.

Auic. secunda primi cap. 3. signorum genera quibus complexionum dispositiones cognoscuntur sunt decem & ea enumerat exempla singulorum afferens ut dictum est supra.

De urinæ definitione & diuisione.

Lotium est sanguinis aliorumq; humorum serua quedam redundantia. Id tamen existimandum est optimum lotium in quo residet candidum leue & æquale per omne tempus, uel id optimum est quod urinæ sanorum est simillimum. Tria in lotio considerantur substantia, color & hypostasis. Substantia si tenuis, crassa, nam si tenuis & alba sit uel uirtutis imbecillitatem, uel renum obstructionem significat, si tenuis et pallida, uel tenuis & rufa uirtutis imbecillitatem, & quo ad substantiam cruditatem significat, tenuis uero & flaua incoctionem, et alimenti defectum, uigiliis ac animi pathemata significat, tenuis rubra sanguinem incoctum, tenuis & nigra melancho

liam, uel nimiam frigiditatem, aut sanguinis adustionem indicat. Crassa uero & alba maximam crudorum humorum copiam demonstrat, si crassa & rubea plenitudinem sanguinis, si crassa nigra euacuationem atrabilis significat. Color flauus rubeus caliditatem, albus, liuens, ater, frigiditatem denotant. Hypostasis uero diuiditur secundum situm, nam si in fundo, non diuulsa residet, sed pyramidalis, bonam indicat concoctionem, si in supremo loco, diuulsa & inaequalis, imbecillitatem uirtutis, si in medio loco, malum portendit, maxime si diuulsa sit, nam naturam defecisse in concoctione obdistratiorem significat. Consideratur etiam urina iuxta suum colorem, nam rubea sanguinis incocti copiam & morbi cruditatem indicat. Idcirco morbum facit diuturnum, nigra cui antecessit liuiditas, frigiditatem, cui uero croceitas, calorem, liuida frigiditatem, & uirtutis interitum, oleosa, totius corporis adipis cohaesionem indicat. Rursus si sedimentum cito crassum fiat, cito morbum solutum iri significat. Si residet crassum, assistente uirium robore longum fore morbum, si uero imbecillitas adsit acri mortem pronunciat.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Theoph. de urinis cap. 1. lotium est sanguinis aliorumque humorum aquea quaedam colatura. Gal. lib. finit. med. Urina est superfuitas ex colatu sanguinis in magna uena quae per renes & ureteras in uescicam delabitur. Hippocra. pronost. 2. tex. 26. τοῦ εὐνοῦ ἀριστοῦς ἐστὶ εἰκλεῖν καὶ ὑποστασιῆς καὶ λεῖν, καὶ ὀμαλῆ ἐπὶ πάντων χρόνων. Gale. 1. de cris. cap. 12. ex his igitur illa optima est quae urinae sanorum est simillima, quae uero non est talis simpliciter, uel incocta est, uel praeter hoc perniosa. Gale. 1. de cris. cap. 12. oportet urinam optimam discedere tantum sua crassitudine ab aquosa, quantum colore, si bene concoqui debeat ponens differentiam in sub

stantia & colore &c. Gal. loco citato praua autem sufficien-
ter est, quæ tenuis & alba est, sicuti aqua, nam simplex qui-
dem dispositio est. sed ultimæ imbecillitatis est indicium, huic
proxima est altera urina uini tenuis albi colore, quæ in mul-
tis apparet morbis, post hanc est sub pallida &c. Hippo. 2.
pronost. tex. 30. Dum urina tenuis fuerit ac rufa crudam esse
significat ægritudinem. De lotij colore Hippo. 2. prono. tex. 32.
Exitior urina est si aquosa fetida nigra crassaq; est, uide in
hoc latius Galeni cōmen. Quod situs hypostasis consideretur
& eius color lege Hippo. 2. prono. tex. 36. Consideranda in-
quit in urina nebecula utrum sursum fuerit an deorsum item
color quem obtinet &c. De oleaginsa urina Hippo. 2. pro-
nost. tex. 35. si pingue de super natet araneorum speciem refe-
rens, damnandum. Indicat enim consumptionem. Et Gale. de
crif. cap. 12. Quod si ueluti oleum mingatur colliquationis est
signum. De colore Hippo. 2. pronost. tex. 27. Vrina subrubra
cum sedimento subrubro admodum salutaris, sed morbū diu-
turnum fore indicat, & tex. 33. eiusdem lib. In mulieribus &
uiris urina nigra, in pueris aquosa, deterrima est: lege fusius
Galenum. De urinis quæ uel turbide minguntur et paulo post
resident, uel quæ semper turbide mictæ permanent, aut quæ
pure minguntur & postea conturbantur habes plura ex Gal.
1. de crif. cap. 12. & aphorif. 4. commen. 7. & 4. super pri-
mam epidemiam.

Authores erronei dissentientes circa urinam.

- 1 Adferere renum nutritionis excrementum tantum esse lo-
tium.
- 2 Adferere, per urinam cognosci posse morbos ex succis or-
tos qui in uenis non continentur.
- 3 Adferere sedimen in urina esse semper bonum indicium.
- 4 Adferere ex Galeno non posse per urinarum coniecturam

in

in sectionis uenæ cognitionem peruenire.

Confutatio dissentientium ex uera Med.

Confutat primam opinionem Gal. 1. de nat. fac. cap. ult. cōtra lupum quendam dum inquit, Quod autem soli renes tantilla corpora, quatuor interim totos uel etiam plures habeant excrementi congios, id nec confessum, nec rationi consentiens est.

Ad secundum Gale. 4. de sanit. tuend. circa principium, Quoniam lassitudo uitio acrium excrementorum oritur, ante omnia considerandum, in solidis ne tantum corporibus, ante intra uenarum sinus succus contineatur, de his quæ intra uenas sunt, nullum plane, nec manifestum, nec euidentis signum, præter solam urinam conijcere licet, in reliquis, quoniam quæ affligitur, usus sit uictu, existimandum, i. per alia signa quam per urinam coniecturandum, quum urina in hoc casu sit exituum signum, & quarto de uit. ratione in morb. ac. Non tuto inquit Gale. commen. 83. morbi facilitas ex uenarum concoctione prænoscitur, nam et si febris cruditates per urinas manifeste indicentur, Morborum tamen musculos infestantium, non secuta est per urinas significatio & c.

Ad tertium Gale. aphorif. 4. commen. 69. contingit aliquando uel per initia morbi, uel paulo post urinas factas crassas propter grauitatem habere sedimen, quod bonum signum non est, sicuti in alijs quæ ab initio tenues existentes, ratione coctionis totius morbi sedimen capiunt.

Ad quartum Gal. 2. pronos. commen. 27. Quoties serum sanguinis pariter cum urina excernitur, colore subrubra apparet, indicat enim exuperantiam sanguinis non exquisita ratione confecti & sic sectionem uenæ. Et meth. 9. cap. 4. Mittendus est sanguis etiam si nec in lotio, aut in ipsa caloris qualitate humorum putrescentium signum apparuerit, interdum

20 DE CONSENSV MEDICORVM
igitur signum in urina de mittendo sanguine apparet.

De pulsum definitione diuisione.

Μ *Φυκός*. i. pulsus est cordis arteriarumq; dilatatio ac contractio, consideratur pulsus uel ratione uirium, & tunc est triplex, uehemens quando. stangentis manus, ualide repellitur, laquidus, quum inualide imbecillum icium edit mediocris mediam seruans proportionem. Vel ratione arterie, & est duplex durus & mollis, uel ratione diastoles, & est trinus ut altus longus latus, uel ratione plenitudinis & euacuationis & est duplex plenus & uacuus plenus qui arteriam solidiorem undosamq; in compressione ostendit, uacuus qui inanitatem suo digito representat, uel ratione rhythmi, in quo proportiones temporis metiuntur & sic est duplex deficiens uel intercidens, uel ratione temperaturarum etatum, anni temporum regionum sexuum de quibus satis loquuti sumus infra ubi Gale. loca citauimus, uel ratione somni & uigiliae uel aliarum causarum non naturalium, nam in somno languidiores minoresq; sunt. Quum a somno expergiscuntur uehementes & crebriores sunt.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Gal. 4. de diff. puls. Pulsus est distentio & contractio cordis & arteriarum ubi uarias pulsum descriptiones ex anti quis recitat. Quod uero ratione uirium consideretur pulsus habetur ex Gale. 4. de praesag. expuls. cap. ult. Quum inquit pulsus per se sint languidi, infirma est facultas, ubi earum arteriarum languidus nunc pulsus sit, nunc uehemens, facultas non est per se imbecilla, sed ex copia humorum degrauatur &c. & ibi omnia ad uirtute spectantia per pulsum declarat. Et. 3. de diff. puls. Pulsus qui cum renisu quodam pulsat uehemens uocatur, cuius causa est facultatis robur. Quod uero ratione arteria pulsus consideretur, habes ex Gal. primo de cau. puls.

Reliqua inquit & tertia gignendorum pulsum continens causa ipsum est arteriarum corpus & c. & cap. de puls. causis ex diff. instrumentorum. Quum durius aut mollius euaserit corpus arteria, ipsos pulsus duros uel molles reddit, simili sensus est primo de diff. puls. & in lib. finit. med. Gale. primo de diff. pul. Iam quia arteria tres dimensiones obtinet longitudinem latitudinem & profunditatem non potest in singulis dimensionibus non fieri quantitas aliqua distentionis & contractionis.

Gale. primo de diff. pulsum cap. de reliquorum diff. generum plenus est pulsus qui plenior arteriam ostendit, uacua us qui arteria eleuationem facit bullosam ut digitorum imprefioni gressus per uacua occurrat, & sic plenitudinis & euacuationis pulsus datur. De rhythmo genere pulsum habes Gal. 1. de diff. puls. ca. de diff. quietis & rhythmi, dum plures species rhythmorum pulsum enumerat quem fusus leues, omnibus. n. naturis locis anni temporibus omnibusq; aliis sui rhythmum tribuit & inter omnes rhythmos, alios pari proportione, alios impari constare inquit. De temperie. Gale. 3. presag. puls. ex intemperie cordis calida fiunt pulsus imbecilles, ex intemperie uero frigida plane efficiuntur contrarij parui tardi & rari de intemperie sicca & humida cordis tractat eodem lib. cap. ult. & lib. de introductione puls. calidiores natura pulsum habent maiorem celeriore ac longe frequentiore non multo tamen uehementiore, Graeciliores uero maiorem ac longe rariorem, uerum non multo uehementiore, uide de his similiter de usu pulsum circa finem. De pulsibus etatum Gal. in introduct. puls. cap. 9. Mutantur per etates, sic puerulo nuper nato pulsus est frequentissimus, Senum rarissimus, qui uero in media etate sunt inter hos, ijs pulsus ad proportionem respondent. De pulsu anni

92 DE CONSENSV MEDICORVM

temporum Gale. loco nuper citato per anni tempora pulsus mutantur, nam in medio uere maximi ac uehementissimi celeritate uero ac frequentia moderati. similiter medio autumno habentur progrediente uere magnitudo ac uehementia ipsius minuuntur, augentur autem celeritate ac frequentia, Autumno progrediente, omnia minuuntur magnitudo. suchemētia celeritas ac frequentia, adueniente uero estate sunt languidi & parui celeres & frequentes, contra uero in hyeme in paruitatem langorem tarditatem ac raritatem mutantur & c. De regione Gal. loco citato per regiones mutantur, si quidem in calidis, pulsus sunt quales in estate media, in frigidis ualde, quales hyeme media, in medijs ad proportionem se habent & c. Quod pulsus uirorum a feminarum pulsu differat, habes Gale. loco citato, uiri. n. inquit mulieribus pulsum habent multo maiorem & uehementiorem, paulo tamen tardiozem ac longe rariorem. De somni pulsibus ac de expergefacto a somno, similiter de mutatione pulsum per exercitium, balnea, cibos & potus aerem ac accidentia animi, nam ab ira pulsus sunt alti magni uehementes celeres ac frequentes, a maestitia parui tardi languidi rari, a metu celeres turbulenti inordinati inaequales & c. habes in hoc loco citato plura ex Galeno.

Autho. erronei dissentientes circa pulsum doctrinā.

1. Adserere utilitatem pulsum esse magis necessariam quam respirationis.
2. Adserere certius esse indicium ab urina sumptum quam a pulsu.
3. Adserere cor & arterias moueri tantum ex motu pulsum.
4. Adserere pulsum genera esse quam decem pauciora cum Auerro.
5. Adserere, ex repletione pulsum dilatari & nō econuerso.

Confutatio dissentientium circa pulsuum doctrinam.

Ad primum Gale. de usu puls. si respirationē cuiquam adēmes, illico mortem afferes, at pulsu, si per multas particulas priues, non magnopere laedes, & sic maior erit respirationis utilitas, quam pulsuum. Præterea ex Hippocra. totum corpus est conspirabile atq; conflatile, Quare si non per arterias saltem certe per alia & potissimum per uenas &c.

Ad secundum Haly Abbas. 7. sue prædices inquit quod pulsus est præco uerus qui multa refert, Præterea id certius est quod ab operatione sumitur, quam quod ab exeuntibus, sed pulsus sumitur ab operatione igitur certior, Probatur etiam ex uulgarī quodam carmine sic dicto. Vrine fraudes aperit discretio pulsus. Gale. primo de diff. respirationis. ca. 13. plus indicat pulsus quam ipsa respiratio & lib. de const. art. med. cap. 18. hoc idem affirmat &c.

Ad tertium Gale. 4. de difficul. puls. probat de mente anti- quorum non solum cor & arterias moueri motu pulsus, sed etiam per se sicuti etiam cerebrum, unde. 8. de usu partiū cap. de usu instrumenti odoratus, probat cerebri interiores uen- triculos aerē se dilatando attrahere, & se constringendo expellere &c.

Ad quartum Phylar. de puls. ca. 9. habentur genera pulsuum decem, quorum primum &c. & Gal. 1. de differen. puls. de- cem etiam enumerat, igitur non pauciora quam decem.

Ad quintum Gale. de usu puls. Inquit neq; n. eo q; imple- tur, idcirco dilatatur, uerum ex eo q; dilatatur, impletur con- tra Erasistratum.

De signis repletionem indicantibus.

Plethora est succorum æqualiter se habentium exuperan- tia, Differt; a cacochymia quum hæc uitiosorum humorum repletionem non referat, sicuti cacochymia, Plethora igitur

duplex est quo ad vires. s. altera quo ad capacitatem uasorum, cuius signa sunt uasorum distentio, rubor, totiusq; corporis grauitas & in mouendis membris pigritia, cutis extensio, pulsuum plenitudo, uisus debilitas & somnia que grauitatem portendunt, Hec nisi sanguinis missione curetur, calorem natiuum strangulat.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Gal. 13. meth. ca. 6. ubi autem equaliter inter se succi aduasi sunt, id est plethos & plethoram Græci uocant, nos succorum plenitudinē siue redundantiam dicimus, ubi uero flauabile uel nigra uel pituita, uel serosis humoribus refertum corpus fuerit cacochymiam .i. succorum uitium dicimus, & lib. de plenit. ad finem, Plenitudo est copia humorum in uniuerso animalis corpore, & paulo post, Quid inter sit inter cacochymiam & plethoram apertiori sermone demonstrat.

Gal. lib. de plenit. inter indicia uenarum tumorem, ac earū tensionem, ruborem corporisq; grauitatem & in mouendis membris pigritia, memorat, uidem meth. 9. cap. 5. obstructione distentionem tumorem ruborem, in ea que ad uasa refertur repletionem recenset. Auice. secunda primi doct. tertia, cap. 6. Repletio secundum duos modos existit, est. n. repletio secundum foramina, & est repletio secundum uirtutem, repletio secundum foramina est ut sint humores & spiritus in qualitate boni, sed in quantitate sui sint superflui, ita ut foramina impleant & extendant, repletio secundum uirtutem, est ut humores sui quantitate non noceant, sed sui qualitate, de duplici hac plenitudine habes ex Gale. lib. de plenit. & meth. 9. cap. 5. & 10. eiusdem lib. cap. ult.

Hippoc. aphor. 1. aphor. 3. Habitus exercitatorum qui ad summum bonitatis attingunt & c. ibi in commen. Gal. Nimita repletio inquit calorem natiuum extinguit & c.

Gale. meth. 13. cap. 6. Ergo plethora tum sanguinis missio-
ne curatur tum frequenti balneo, exercitatione frictione &
digerentibus medicamentis uide susius. 3. & 6. de san. tuend.

Aut. erronei dissentientes circa plenit. indicia.

Adserere plenitudinem mensurari posse tantummodo ex
ipsis uiribus.

Adserere plenitudinem tantum esse quo ad uasa non quo
ad uires.

Confutatio dissentium circa plenit. indicia.

Confutat primum Gale. lib. de plenit. circa principiu dum
inquit, qui ex ipsis tantum uiribus plenitudinem metiuntur
hi uidentur nunquam utres preter modum repletos uidisse,
nec se etiam plusquam par est unquam impleuisse cibo ita ut
uentriculus inde distenderetur & c.

Ad secundum Gale. loco nuper citato. itaque inquit subieci-
mus duas esse tum notiones tum relationes multitudinis, al-
teram ad robur uiresq; illius qui defert alteram ad eius qui
suscepit capacitatem & c.

De signorum notitia uniuscuiusque humoris.

Sanguinis superabundantiam indicat, repletio grauitas ca-
pitis circa oculos oscitatio nausea lassitudo absq; labore, dul-
cedo in ore, rubor, & sanguinis a quocunq; loco facilis flu-
xus, indicant & temperies, uictus precedens etas consuetu-
do & insomnia circa res rubeas. Pituita indicia albedo, mol-
lities frigiditas, sputi copia, sitis pauca, somnus multus, otia
um pigritia pulsus tarditas & quaecunq; de uictu & etate &
consuetudine indicare possunt. Bilis indicia sunt color flauus
siue citrinus oris amaritudo, sitis copiosa narium ac lingue
siccitas pulsus crebritas nausea & uomitus biliosus & quae-
cunq; dici possunt de etate temperie uictus ratione. Atra bilis
indicia sunt corporis macies, uigilia multa, crassities ac nigre

do sanguinis, multa sollicitudo corpus nigrum fuscum pilosum in somnia terrorem inducentia in tenebris timor, similiter et as consuetudo ars tempus, & uiclus ratio præterita de atrabile indicant.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Faciunt ad sanguinis signorum probationem quæcumq; dicta sunt ex Galeno lib. de plenit. circa principium, ut uasorū disientio rubor, grauitas uniuersi corporis pigritia ad motū membrorum tencio lassitudo, prior uita in otio, uiclus ratio transacta & suppressæ euacuationes solite. Auic. secun. pri. cap. 7. sanguinis significationes cum dominantur, significationibus repletionis secundum foramina uicina existunt &c. Nam de singulis humorum signis ibi diffusa per tractat. Dictum est etiã de his fusius de febribus, & ubi de humoribus pertractauimus, & de morbis a capite usq; ad pedes, nã ibi non solum de his sed de obstructionum flatuum abscessuumque signis aperte declarauimus.

De artis curatorie diuisione.

Ars curatoria trifariam diuisa est, in $\Phi\alpha\rho\mu\alpha\kappa\epsilon\upsilon\tau\iota\kappa\eta\nu$. i. in uiclus rationem in $\Phi\alpha\rho\mu\alpha\kappa\epsilon\upsilon\tau\iota\kappa\eta\nu$. i. medicamentorum rationem, & in $\chi\epsilon\rho\upsilon\upsilon\gamma\iota\kappa\eta\nu$. i. in eam quæ manu medetur. Prima, auxiliorum quæ digerendi apponendi & concoquendi facultatem habent, est administratio, confertq; non solum sanis, sed etiam omnibus aegris & maxime febricitantibus. Secunda est $\Phi\alpha\rho\mu\alpha\kappa\epsilon\iota\alpha$. i. medicatio dicta, quæ nudis medicamentis interiores affectus & exteriores, in corporum cognitione, et remediorū naturam, diuisa, sanat. Tertia est quæ incisionibus uisionibus et osiū instauratione homines curat.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Cor. Cels. lib. 1. cap. 1. Medicina in tres partes diducta est, ut una esset quæ uiclus, altera quæ medicamētis tertia quæ ma

nu medetur & c. Auice. quarta primi, Res medicationis ex uno trium rerum completur regimine potione & chirurgia. Gale. primo de uic in morb ac. commen. 6. de triplici hac diuisione etiam ipse loquitur. s. de dieta chyrurgia quæ per sectiones aduersiones perficitur, & de pharmaceutica quæ per medicamenta perficitur, accusans priscos qui nihil de uictus ratione scripserint. Gal lib. finit. med. Medicina uictus institutrix est quæ in sanis atque ægrotis rationi uictus instituen di sudent. Gale. de art. curat. ad glauc. cap. 1. Ars curatiua qualitate & quantitate singulorum medicaminum perficitur. Et lib. de constit. artis med. hæc ars in duo capita redacta est, in corporum nempe cognitionem atque ipsam remediorum naturam. Gal. 4. meth. cap. 1. unum esse morborum genus ipsam quoque continuitatis solutionem diximus. hæc in animalis fere omnibus partibus incidit & c. ubi docet quibus curandum sit intentionibus & c. de hac plura quum de chirurgia dicemus.

De uictus diuisione in genere.

Victus ratio sumitur uel a ratione morbi tantum, uel a ratione uirium ægrotantis & materie morbi simul, uel a ratione temporum anni, ætatum, uel a ratione suæ quantitatis uel qualitatis, aut in uniuersali, uel in particulari.

De uictus ratione in morbis.

Morbus uel per acutus est, uel acutus uel longus, in per acuto qui in quatuor diebus iudicatur, uti oportet tenuissimo uictu, sicuti melicrato, ratio est quia totus hic morbus status est. Idcirco in statu tenuissimo uictu utendum est, precipue si uires consentiant, in longo pleniori uictu ut ouis alicui piscibus, sed non eodem quo in sanis modo utendum, in acuto uero tenui, ut ptisanæ succo, Quare duo in uictu duo extrema dantur, Primum quod sit uictus tenuissimus, Secundum quod

fit craſſiſſimus, mediat uero inter hæc tenuis, ratione igitur
ſtatus morbi ſemper uictus ratio inſtituenda eſt.

Loci conſentientes ex uera Medicina.

Gal. aphoriſ. 1. commen. 1. 2. Nam morbus uel eſt acutus uel
per acutus uel longus & quando maxime & c. Hippoc. apho-
riſ. 1. aphoriſ. 4. Victus tenuis atq; exquisitus, in morbis qui-
dem longis ſemper, in acutis uero in quibus nõ conuenit, pe-
riculoſus. Gal. in commen. nunc dixiſſe ſufficit ut in omnibus
morbis, quibus morbi uigor & iudicatio primis quatuor die-
bus futura ſit, modo natura ſit fortior, integram in ediam ſer-
uare debemus, in quibus uero non ultra primam ſeptimanã
protahantur, forti exiſtente natura ſolo utendum eſt melicra-
to, ſolus autem hic tenuiſſimus uictus eſet, non tamen in ex-
tremo & c. & poſt hæc uictum tenuem appellat ptiffanã hor-
deaceæ ſuccum, & plenum uictum qualis qui ſit per oua &
alicam & piſces. Quod uero morbus per acutus totus ſit ſta-
tus, Probatur ex aphoriſ. 7. primi lib. ubi inquit Hippoc. ubi
morbus per acutus eſt, ſtatim extremos habet labores, & ex-
treme tenuiſſimo uictu utendum eſt ex quo aphoriſ. probatur
etiam q. ratione ſtatus morbi inſtituendo ſit uictus ratio. Si
uires conſentiant notanter dictum eſt, nam Gal. aphoriſ. 1. com-
men. 9. inquit, Quod ſi in ipſo morbi uigore aliquis caſus in-
teruenerit, nature robur diſſoluens, nutrire cogimur. Quod
uero in longo morbo, pleniori uictu utendum. Gal. loco nuper
citato, cum morbus conſiſtit uictu tenuiſſimo oportet uti, in
alijs morbis qui ſuum uigorem ſunt poſterius accepturi non
licet afferre ſtatim ab initio tenuiſſimum uictum, nam prius
homo morietur quam morbus in uigore conſiſtat, & c. Auic.
4. can. de cib. feb. ſi uideris egritudinem cronicam, aut pro-
pinquam cronicæ non ſubtilis regimen & c. Obiectio.
Quum morbus non poſſit cognoſci, an ſtatim habere de

beat, in quarta, uel in septima. Quomodo instituentus erit uictus?

Responſio.

Vera præcognitione ſtatus morbi non cognoscitur, ſed iuxta aſtimationem, quæ proxima eſt ueritati præcognoſcitur ex qua tunc uictum ordinamus. Nam Gal. de uirium robore primo aphoriſ. commen. ii. idem refert eſſe coniecturatum.

De ratione uictus a uiribus & a materiæ morbi.

Uictus uel reſpicit uires tantum, uel materiam morbi tantum, ſi ſolum uires tunc uictus plenus conuenit, ſi ſolam morbi materiam tunc nullus cibus conuenit, quia cibare prohibet naturam in morbum agere. Hac ratione duo erunt uictus extrema, quorum alterum ſolam uirtutem conſeruat & auget, & talis uictus erit ſanorum, alterum ſolum uirium robur in materiam excitat & talis uictus erit morbi per acutiſſimi, in quo pene nihil datur. Medium uero inter hæc extrema duplex erit, uel maiorem uirium partem ſeruabit & minorem partem in morbum excitabit, & talis erit uictus craſſus qui in longis morbis conuenit, aut minorem uirium partem ſeruans, maiorem in morbum reſcit & talis erit uictus tenuis qui in morbis peracutis inſtituitur. Aut tantum uirtuti quantum morbo tribuit, & talis uictus eſt mediocris qui in morbo acuto exhibitur. Si igitur uires ſint debiles & humores pauci & corrupti, parum & ſepe cibandum, ſi uires debiles & humores temperati uel abundantes parum & raro, ſi uires multæ humores pauci non corrupti, multum ſepe, ſi uires multæ & corpus plethoricum, paucum raro.

Loci conſentientes ex uera Medicina.

Gale. aphoriſmorum primo commen. ii. Totius morbi uictus rationem in unoquoque morbo, a duabus intentionibus inſit aſſumere, ex futuro totius morbi uigore et ex uiribus agro

tantis &c. Hippocra. aphorif. 1. aphorif. 9. coniectari autem oportet an aeger cum uictu sufficiat perdurare, ubi de uictu quo ad uires intelligit Hippocra. Gale. in eodem commen. est autem hæc intētio uis ipsa ægrotantis, cuius gratia nutrimus, neq. enim morbi causa: igitur ratione morbi nullus cibus cōuenit. Auic. prima quarti, cap. 8 et scias quod si non eſſet illud quod pertinet uirtuti, eſſet magis neceſſarium, ut ſubtiliaretur cibus ultima ſubtiliatione, ſed uirtus nō ſuffert &c. Gal. aphoriſmo. 1. commen. 4. In ſanis corporibus ſem per oportet naturæ robur ſeruare, uel augere alimentis non demoliri, eſt autem augere potens alimentum quod plenum uocatur, conſeruans quod modicum exiſtit, quod uero continuit tenue, igitur dantur duo uictus extrema, alterum augens uires, alterum in quo nihil datur. Et in eodem commen. Magna uero ex parte properamus in longis quidem morbis fouere uires in acutis uero parū debilitatas conſeruare, igitur ſi fouere uires uolumus uictu craſſo utemur, & ſic partem maiorā uiribus condonabimus & minorem in morbum concitabimus, & ſequitur in textu, in acutis ſi uires ſint parum imbecilles conſeruamus, igitur non minus uiribus quam morbo dabimus. Auic. cap. citato, nam ſi ægritudo fuerit ualde acuta & uirtus non deficiat uſque ad ſtatum, tunc eam incitabis ſuper materiam, & non facias eam occupari in cibo ſpiſſo, imo ſubtilia regimen ſtatim cum dimiſſione cibi omnino, igitur minus dandum eſt uirtutis, & talis uictus erit tenuiſſimus. Gale. aphoriſmo. 1. commen. 17. Nam ſi ſæpius aut raro ſue omnino nutrire oporteat ab ægritudine & uiribus primum maxime accipitur, poſt hæc autem ſingulare recitat quæ a me prius enarrata ſunt, ut ſi humores corrupti et uires debiles ſint. parum & ſæpius cibandum &c.

De ratione uictus per ætates.

Aetas puerili minus inter alias aetates inedia[m] sustinet, Deinde qui in aetate consistente sunt, post hos decrepiti, Senes uero qui nondum ad extremam senectutem peruenerunt facillime inedia[m] tollerant. Nam pueri ob id quod crescunt, plurimum innati caloris obtinent idcirco plurimo indigent cibo, senibus uero parum caloris inest quam ob rem paucis egent fomitibus, medio modo se habent qui inter has aetates consistunt.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Hippocra. aphorif. primo, aphorismo. 13. Senes facillime ieiunium ferunt. secundo loco qui aetatem consistentem habent, minus adolentes, omnium minime pueri praesertim qui inter ipsos sunt uiuidiores, & hoc probans inquit, Qui crescunt plurimum habent calidi innati plurimo igitur agēt alimento alioqui corpus absumitur & c. Auice. quarta pri. cap. de cib. febr. omnis cuius calor innatus fortis est ualde, aut plurimus, aut calor innatus est debilis ualde, non potest dimittere cibum & c. Gale. primo aphorif. commen. 14. Omne id eget alimento, cui plurimum ex corpore defluit. sed humidioribus & plus aeris participantibus plurimum defluit, igitur plurimo egent alimento, quare pueri quam humidiores & aerei sint, plurimum cibum exposculent. Senes uero et iuuenes sicci & terrestres non sic resoluuntur idcirco ieiunium facile ferunt.

De ratione uictus ex temporibus anni sumpta.

Conducunt anni tempora mirum in modum ad uictus rationem instituendam, nam in hyeme plus dare expedit quam in aestate. siquidem hyeme calore innato ad interiora se recipiente cibi facilius concoquantur, cōtra uero in aestate ad exteriora se protendente non fit tam ualida concoctio, Quare

minus dare conueniet, in æstate igitur sepe & pauca exhibeantur, in hyeme raro & multa, in uere, raro & pauca, in autumno similiter sumpta a roboris uirium indicatione, si uires ualidæ sepe & multa, si uero imbecilles, pauca & sepius offerimus.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Hippoc. pri. aphoris. aphoris. 15. Ventres hyeme & uere, natura calidissimi sunt, & somni longissimi, Quare per ea tempora, alimenta copiosiora sunt exhibenda. Et enim tunc calor innatus plurimus est, unde & pluribus egeat alimentis indicio sunt ætates & Athletæ. Gal. in comm. huius aphoris. Non parum inquit conducunt anni tempora ad uictus rationem inueniendam. Nam hyberno tempore plus appetunt homines, & cibum facilius concoquunt, contra in æstate & c. Hippoc. aphoris. 1. aphoris. 18. Aestate & Autumno cibos difficillime ferunt, hyeme facillime secundum locum uer habet & c. Hippocra. aphoris. 1. aphoris. 17. Et quibus semel & bis, & quibus plura ne cur pauciora particulatim oporteat afferre considerandum, condonandum est aliquid temporis ætati & consuetudini. Gal. in commen. huius aphoris. a tempore & ætate & alijs que sunt proportionalia uictus accipitur hoc modo æstiuo tempore, quantum ad temporis rationem attinet sepius & pauca danda sunt, Hyberno tempore ob uirium robur multa sed raro & c.

De uictus ratione a ciborum qualitate sumpta.

Quæcumque præter naturam sunt, contrarias in uictus ratione indicationes exposcunt. Quæ uero secundum naturam sunt, similes. nam morbus calidus & siccus, cibum frigidum & humidum exposcunt, calidus & humidus frigidum siccum frigidus & siccus calidum & humidum & sic de reliquis, si militer similia similibus conseruantur seruata tamen quantitas

tate & qualitate eadem inter se.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Hippo. apho. 1. aph. 16. Uictus humidus omnibus febricitantibus confert, maxime uero pueris & alijs qui tali uictu uti consueuerunt. Gal in commen. primum qualis sit adhibendus uictus febricitantibus monstrat, Deinde quod uictuum υιαινορτων indicationem ijs quae praeter naturam sunt contrarias, in ijs uero quae sunt secundum naturam similes facere oporteat &c.

Gal. 8. meth. cap. 9. Dictum saepe numero est, id quod secundum naturam est similis semper postulare, quod praeter naturam est, contraria, siquidem quod naturaliter se habet, custodire, quod praeter naturam est tollere oportet, Porro febris praeter naturam est, ideoque uictus rationem frigidam & humidam exigit &c.

De uniuersali ac particulari uictus ratione.

Vniuersalis totius uictus ratio est quae ad duos medici scopos ad morbi suigorem & ad agrotantis uires respicit, sed particularis est quae morborum accessiones in cibando cauere studet, ita ut nec quando accessiones adsunt, nec futurae sunt, quicquam exhibeatur, cauendo tamen ea interim quae in diem ferre non possunt, corpora, nam et in ipso febris principio cibanda sunt.

Loci consentientes ex uera medicina.

Gal. apho. 1. aphorif. 11. Totius uictus rationem a duabus intentionibus ex totius morbi uigore & ex uiribus agrotantis assumere iussit, Quod autem quispiam particulatim cibum afferat conuenienter, in hoc docet sermone, cauere iubens morborum accessiones. Et commen. 12. Totius uictus figuram ad duas respiciens intentiones faciebat, quarum altera uis agrotantis, altera constitutio morbi, particulares autem oblationes ex accessionibus coniecturabatur &c.

Hippocra. aphorif. 1. aphorif. 21. In acceffionibus abftinere oportet, nam cibum dare, nocuum & quibus per circuitus fiunt acceffiones, in ipfo acceffione abftinere oportet.

Auice. quarta primi. cap. de cib. feb. Et de corporibus funt corpora cholericā, quæ requirunt regimen diuerfum ab illo quod diximus. Ipsi. n. quum non cibantur in ipfo febris principio, aut in hora status quæ est prauior, tunc non uacue funt dispositiones eorum a duabus rebus, nam si funt debiliū uirium, superuenit syncopis, & moriuntur in paroxysmo, si uero fortium uirium cadunt in extenuationē igitur hæc corpora cauenda funt, quæ ferre inedia non possunt. Gale. meth. 10. cap. 5. Al quos uero eorum cibabis et quum inuastura adhuc est febris & quum incipit, sint porro hi sicco ac calido temperamento &c.

Autores erronei dissentientes circa rationē uictus.

- 1 Adserere, plenum uictum in omnibus morbis conuenire.
- 2 Adserere, tenuem uictum in omnibus morbis esse pleno præferendum.
- 3 Adserere, uictum plenum ut crassum in diuturnis morbis non esse necessarium.
- 4 Adserere, uictum tenuissimum in nullis morbis esse exhibendum.
- 5 Adserere, uictus scopum, summi tantum debere a uiribus non a morbo.
- 6 Adserere, esse incipiendum a tenuiori uictu in principio morbi & procedere ad pleniorē.
- 7 Adserere, qualitatem & non quantitatem esse tantum modo considerandam, & e conuerso.
- 8 Adserere, in febribus, carnem præsertim delicatis non esse præbendam.

Confutatio dissentientium circa rationem uictus.

Ad

Ad primum, Hippoc. aphor. 1. aphor. 7. Vbi morbus per acutus est, statim extremos, habet labores, & extreme tenuisimo uictu utendum, igitur plenus uictus in omnibus morbis non conuenit, Gal. præterea hoc ipsum attestatur in comen.

Ad secundum Hippoc. aphor. 1. aphor. 4. Uictus tenuis atq; exquisitus in morbis quidem longis semper in acutis uero in quibus nõ conuenit periculosus, igitur in omnibus morbis pleno non est præferendum. Præterea Gal. in hoc comen. In sanis seruandum robur uel augendum monet, in ægris raro augendum, in longis morbis conseruandum, in acutis mediocriter debile seruandum, Quare sicuti in acutis tenuis, ita in longis plenus erit præferendus.

Ad tertium Hippoc. aphor. 1. aphor. 7. tantum cibi indulgendum est quanto morbus extremis mollior est, Gale. in comen. præcipit tantum a uictus tenuitate declinare, quantum morbus ab extremis recedit, igitur quanto tardiorẽ fere morbi statum iudicabimus tanto magis crassiori uictu utemur.

Ad quartum Hippoc. aphor. 1. aphor. 6. extremis morbis extrema exquisite remedia optima sunt, ubi Gale. inquit Hippocra. præcipere exquisitissimam curationem & uictum pariter adhiberi tenuissimum, igitur uictus tenuis in his morbis erit exhibendus.

Ad quintum Gal. 1. aphor. comen. 12. Cum igitur tres essent intentiones ad perfectam & indeficientem uictus rationem. Prima quidem sumpta ex uiribus aegrotantis. Secunda ex morbi constitutione. Tertia ex particularibus accessionibus assumi debet, & igitur non tantum a uiribus quantum a morbi constitutione, scopus rationis uictus assumi debet.

Ad sextum Gale. aphor. 1. comen. 7. In morbis qui sunt suum uigorem posterius accepturi, non licet ab initio asserre tenuissimum uictum. Nam prius homo euita migraret, quam

morbis in suo uigore consistat.

Ad septimum Hippoc. aphor. 1. aphor. 9. Coniectari oportet an eger cum uictu sufficiat perdurare &c. & aphorif. 13. Senes facillime ieiuniunt tollerant &c. & aphorif. 15. Ventus hyeme & uere natura calidissimi &c. In omnibus his locis loquitur de quantitate uictus instituendi, quæ a uirtute ab ætate a tempore sumenda est, igitur quantitas est consideranda. Et particulariter Gale. 1. de art. cur. cap. 9. quantitas cibi tanta sit, ut bene concoqui ualeat, de qualitate iam dictum est superius.

Ad octauum Gal. 1. de art. cur. ad glau. cap. de feb. tertiana concedit ex piscibus saxatiles ex uolatilibus quæ molli carne consistunt, ita & gallorum testiculos & suum pedes & cerebra præsertim delitiosis.

De parte Pharmaceutica.

Medicatio bifariam diuisa est in euacuationem & in alterationem euacuatio fit multifariam uel per sectionem uenæ per clysteres per urinas per secessum per sudores per diuersionem & deriuationem per menstrua per hæmorrhoidas per nares per palatum. Alteratio uero erit duplex uel secundum qualitatem uel secundum locum, alteratio secundum qualitatem nihil aliud est quam mutatio eius quæ prius fuit qualitatis, mutatio uero secundum locum non alteratio dicitur, sed potius litio, quæ est prioris loci mutatio, alterationis uero species concoctio existit.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Indicatio huiuscemodi est euacuatio & alteratio inquit Gale. in art. med. cap. 89. Euacuationes uero fiunt & per sanguinis missionem & clysteris usum & per urinæ uias atque eam quæ sit percute transpirationem, ac per eam quæ sit ad partes oppositas attractionem & ad alias propinquas deri-

uationem &c. Gale. primo de naturalibus fac. cap. 1. Nec ea modo quæ in colore & sapore motantur alterari dicimus, sed si quid ex calidioris sit frigidius & e contra, nam commune nomen alteratio est, at genus aliud est in corporibus quæ si tum mutant cui latio nomē est, hi duo motus sunt simplices. scilicet alteratio & latio sed compositi, ex quibus alteratur substantia, sunt diminutio auctio generatio & corruptio &c. Vide etiam de his secundo meth. & primo de loc. aff. Quod uero alterationis species sit concoctio uide Galenum in arte. med. cap. 89. & fusius secundo, & tertio de nat. fac.

Quomodo alteratio concoctio & humorum præparatio ac digestio inter se differant.

Quid sit alteratio iam dictum est, Concoctio uero duplex est, altera quæ penes alimentum perficitur, & est mutatio in propriam eius quod mutatur qualitatem, altera, quæ improprie maturatio dicitur, est quedam in concoquentis substantiam eius, quod concoquitur deductio, unde concocta etiam dicuntur, quæcumque a natura euicta sunt, cruda uero quæ nondum euicta. Digestio uero est ueluti quedam alimenti distributio. Nam Græci *ααδ' ααυ* i. cibi distributionem per totum corpus a nativo calore facti dicunt, interdum sumitur digestio pro discussione excrementorum seu pro segregatione, quæ a facultate expulsoria & attractoria perficitur, unde a concoctione differt in particula. Differt etiam quia concoctio ad digestionem præire solet, uel quia a diuersis facultatibus utraq; fit. Alteratio autem quomodo sit humorum in qualitate mutatio quomodo ab his differat, iam notum est. Solum enim in ijs morbis alteratio conuenit, qui non amplius ab aliqua causa fouentur, sed tantum contrarijs remedijs indigent ut hæctica et diarræia febris, & hæc perficiuntur absque concoctione digestionis

Et preparatione, quid autem sit preparatio uide de obstructione superius.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Gal. 2. de fac. nat. ca. 4. Concoctio est alteratio quædam ac nutritis in propriam qualitatem eius quod nutritur mutatio similiter. 1. de nat. fac. cap. 4. & 7. & 8. eiusdem libri asserit. Quod uero concoctio significet maturationem uideri potest aphorif. 1. commen. 12. unde Gale. si aliqua fuerit inflammatio cum tanta meatuum angustatione, ut nihil extra effundatur, necesse est illam esse & concoctum difficilem & longo tempore per durare, ubi terminos concoctionis paulu in serius docet. Nam crudissimus inquit morbus est in quo nihil expuitur, Secundus in quo sanies tenuis est, Tertius in quo crassior, Quartus in quo perfectam habet concoctionem. i. maturationem, Vide tamen etiam Gale. de hac maturatione, Secundo de uictu in morb. ac. commen. 45. fusius loquentem. De digestionem Gale. 6. de sympt. cau. cap. 2. Igitur alimenti per corpus digestio Græci anadosim uocant, inter naturalia opera numeratur quum ex uentriculo in iecur, atq; ex hoc in uniuersum corpus, alimentum digeritur & sic digestio sumitur pro distributione. Gal. 3. pronost. commē. 23. in fine commen. humores tenuiores, ac calidiores ad excretionem parati sunt, crassi uero & crudi ad abscessum uel ad digestionem, porro idipsum ut per concoctionem medeatur, excretio quædam est, quæ ex urina plerunq; raroq; per alium efficiatur. Quod concoctio præcedit digestionem siue segregationem hoc habes ex primo aphorif. commen. 22. siquidem inquit Gale. ante concoctionem non medicari oportet, nam post concoctionem, natura euacuationi adminiculans humores discernit & superfuitates expellit, quare concoctio ad digestionem præcedit præterea Gale. aphor. 4. commen. 22. Quando aliquis morbus inci-

pit si quid excernitur, nihil excernitur tunc natura ratione, quia tunc a causis morbum facientibus grauatur, & cruditas humorum adest, tunc aliquid bene euacuari est impossibile, si quidem oportet concoctionem præire subsequi uero discretio nem deinde euacuationem & c. Gale. meth. ii. cap. 9. Quum di-
 etum sit contrariorum contraria esse remedia, Quid uetat om-
 nibus febricitantibus, frigidam uno ordine exhibere, nam
 ostensum est ipsius febris prout fibris est aquam frigidam sensu
 per esse remedium, quod uero ad alia spectat, non semper. i.
 febris prout calor est frigidus indiget. i. alterari ad frigidum,
 sed ubi alia fuerit causa quam calor, non alteratione, sed &
 præparatione indigebit & c. Obiectio.

Quum quis dixerit excrementum crudum uel concoctum
 de qua concoctione intelliget, præsertim si tale excrementum
 mutatum, nutrire non ualeat? Responsio.

De uniuersaliori significato intelliget, nam Gale. 2. de uic.
 in morb. ac. commē. 45. Generali inquit concoctionis significa-
 to utimur, quum uel catarrhum uel coryzam, uel fluentes ex
 his humiditates, uel eas quæ ex oculis manant aut crudas aut
 coctas esse dicimus, quæ concoctio est, quum natura humores
 euincit.

Aut, erronei dissentientes circa digest. concoc. &
 humorum præparationem.

- 1 Adserere digestionem esse humorum alterationem.
- 2 Adserere concoctionem a frigidis fieri.
- 3 Adserere præparationem a digestionem & a concoctione nõ
 esse alienam.
- 4 Adserere humores calidos ac tenues nõ præparatione pri-
 us indigere quam euacuentur.
- 5 Adserere humores crassos cum extenuantibus ac incidenti-
 bus esse maturandos & concoquendos.

Confutatio dissentientium circa concoct. & digest.

Gale. lib. finit. med. Digestio est concocti ac confecti & in sanguinem conuersi alimenti in corporis particulas omnes attractio quam natius calor molitur, igitur non humorum est alteratio.

Obiectio.

Quum duplex sit digestio, altera alimentorum, altera humorum siue excrementorum, cur exemplum tantum affers de digestionem alimentorum.

Responsio.

Exemplum tantum adduxi de alimentis, quoniam digestio etiam excrementorum est ueluti segregatio, quæ non minus quam prima a calore innato perficitur, nec per alterationem, ut nonnulli putarunt conficitur, sed per ea quæ calorem innatum roborant.

Ad secundū Gale. 3. de ratione uic. in morb. ac. commē. 29. concoctioni perpetuo calidum opitulatur confertq;, frigidum uero renititur & aduersatur.

Obiectio.

Ergo biliosi humoris concoctio non fiet a frigidis.

Responsio.

Circa nomen deciperis, nam biliosi humoris non dicitur concoctio, sed potius alteratio quæ nullo pacto uel concoctio uel digestio dicitur, nam flaua bilis nec atra in sanguinis substantiam redire possunt teste Gale. 2. de uictu. in morb. ac. commē. 31. sed in contrarium alterari, nisi forte pro digestionem uel concoctionem intellexeris a natura euinci, quæ euinctio dici potest maturatio siue imperfecta concoctio.

Ad tertium, Quæcumq; fiunt a diuersis causis inter se sunt aliena, sed preparatio concoctio & digestio fiunt a diuersis causis, ergo sunt inter se aliena, quod uero fiant a diuersis causis probatur, nam concoctio & digestio fiunt a natura, Preparatio autem tantum ab arte.

Ad quartum Gale. 1. de sanit. tuend. circa finem, Quod si

uel crassitudinis uel abundantiae, uel lentoris excrementorū
uitio meatus obstructi sūt tenuatoria uictus ratio his cōpetit.

Obiectio.

Non possum capere quo pacto in humore tenui prepara-
tio fieri debeat, quū huic humori nec incisio nec alia prepa-
ratio competat, sed ratione sui possit euacuari?

Responſio.

Preparatio quatuor in partes diuisa, est Quarum prima
est crassorum humorum præuisio siue extenuatio, Secunda est
meatuum obstructorum reſeratio, Tertia est quæ humectāti-
bus ac laxantibus, ut puta quiete & alimentis & balneis per-
ficitur de qua loquitur Hippocra. aphor. 4. aphor. 13. ubi iu-
bet ante epotum ueratrum corpus præhumectandum esse ci-
bis balneis & quiete, Quarta est humorum multitudinis ob-
ſtruentis ac omnia uasa replentis apertio. Quare dicimus si
non ratione humoris crassi, uel ratione meatuum obstructo-
rum siue a crassitie siue a copia, saltem ob eam quam nobis
mostrauit Hippocra. ut mollius corpus reddamus, prepara-
tionem molimur.

Ad quintum, Quæcunq; maturantur coguntur ac increſſan-
tur, teste Gale. 4. de ratione uict. in mor. ac ubi inquit, Neceſ-
ſe est, quæcunq; concoquantur ac euincuntur, cogi ac increſ-
ſari, igitur non extenuari nec incidi debent. Fraterea Gale.
lib. de totius morbi temporibus adserit, urinam, sputum, lippi-
tudines & omnes humores qui a cerebro per palatum et ner-
uos defluunt esse ab initio aqueos tenuesque quum uero tempo-
ris processu concoctionem adsumunt, crassiores euadere &
pauciores & sic quæcunq; maturantur crassiora euadunt, si
milis sententia habetur ab ipso Hippoc. pronost. 2.

De euacuatione per sectionem uenæ.

Venæ sectio, est uniuersalis euacuatione, quæ a uentionem hu-

morum super æqualitatem uenis exuberantium euacuat, uerū est q̄ plenitudo non semper de sectione uene indicat, nam hæc ipsa ab humoribus crudis fieri potest, qui sectionem uene haudquaquam exposcunt. Indicatio sectionis uene sumitur a magnitudine morbi, a uirium robore, considerata tamen ætate puerili uel senili, & aere nos ambiente calido uel frigido. Sumiturque indicatio ab ipsa patientis temperie, ab habitu totius corporis, a loco habitationis ab anni temporibus. Fit sectio uenæ, ob duas causas, aut quia sanguis inutilis est & suam qualitatem non seruans nutrire non ualet, aut quia uires præmit aut uenas & arterias distendit findit & obstruit. Tempus incisionis erit, si fieri potest, a principio morbi, si minus, dummodo morbus sectionem requirat, nullus dierum numerus erit considerandus, sed usque ad quatuor dies erit salutanda sectio. Quantitas extrahendi sanguinis erit quousq; color mutabitur, aut uirium robur sustinebit, & in uirium imbecillitate aut dimittenda est, aut partiri expediet. Venæ secandæ sunt in capitis passionibus exteriores, a collo infra interiores, a renibus infra quæ per malleolos ac poplites decurrunt.

Loci consentientes ex terra Medicina.

Auic. quarta primi, cap. de phlebot. Phlebotomia est euacuatio uniuersalis quæ multitudinem euacuat, multitudo est augmentum humorum super æqualitatem ipsorum in uenis. Gate. de cur. rationem per sang. missionem si infesta sit de grauaus plenitudo, haud semper sanguinis mollienda detrahitio est, cuius rationem paulo inferius reddit. Auic. loco allegato itidem asserit, inquit & debes scire q̄ quotienscunque fuerit plethora non debes phlebotamare, quoniam repletio quãdoque ex humoribus crudis fieri potest, quod si minueris non maturabis eos & timebitur ne aeger perdat & c.

Gale. de cur. ratione per sang. miss. cap. 20. Scopi in mittendo sanguine sunt morbus ingens roburque uirium excepta etate puerili, & aere nos ambiente ualde calido. Et cap. 13. eiusdem lib. Morbi itaque magnitudo cum uirium robore primi erant mittendi sanguinis scopi. Idemq; asserit meth. 4. cap. 6. & meth. 9. cap. 5. Itidem quarto de ratione uict. in mor. ac. comen. 24. similiter Hippoc. eodem lib. cap. 19. attestatur. Gale. de cur. ratione per sang. miss. cap. 13. Deinde considerandum quæ sit naturalis hominis temperies, nam quibus ample sunt uenæ, quiq; modice graciles sunt nec candidi nec tenera carne præditi copiosius euacuabis &c. & meth. 9. cap. 17. enumerat consuetudinem etatem locum habitationis anni tempus & laborantis uires. De tempore sectionis habetur Galeni textus de opt. secta ad Thrasyb. cap. 37. Plerumque inquit remedia, ut purgationem & sanguinis missionem adhibemus quum morbus quidem non adest, sed futurus timeatur, & paulo inferius, age enim inquit in decremento inunctio cataplasma & cibus adhibetur, & istorum cuiusque est proprium tempus, sed in initio ac morbi incremento sanguis mittitur. Et de cur. ratione per sang. miss. non numero tantum animaduertes, quod quidam faciunt, sed & corporis habitui, nam sunt qui septuaginta annos nati sunt & sectionem perferant. Gale. 9. meth. cap. 11. Sanguis inquit nature inutilis fieri potest bifariam uel sui qualitatem non seruans ut amplius nutrire non possit, aut uires premat aut uenas & arterias distendat findat & obstruat. Gale. de cur. ratione per sang. miss. cap. 20. Igitur uniuersim hoc sciendum in sanguinis missione dierum numero haud attendendum & cetera. & paulo inferius, Quocumque die mittendi sanguinis scopos in laborante inueneris, in eo auxilium illud adhibeto etiam si is uel nigesimus ab initio extiterit.

74 DE CONSENSV MEDICORVM

Et Auice. quarta primi cap. de phleboto. non attendas quod quidam dicunt q̄ non est bonum post quartum diem, ut fiat phlebotomia, quoniam bonum est, ut fiat etiam si fuerit post quadraginta dies. Hippocra. 2. de ratione uict. in morb. ac. ca. 10. eo usque auferendus est sanguis donec rubidior multo, uel propuro rubido; liuidus fluxerit. Similiter Auice. quarta primi, cap. de phleb. a coloris mutatione & a leuitate & laxitate pulsuum signum ponit, Almanfor lib. 7. cap. de phleb. & Haly Abbas lib. 9. cap. de phleb. dicunt quod non debemus considerare mutationem sanguinis nisi in calidis apostematibus ut in pleuresi, quod uerum est. Nam Gale. lib. de curandi ratione per sang. miss. cap. 14. inquit, In quibus iuxta sectam uenam phlegmone est ingens, optimum est sanguinis & in colore & consistentia mutationem expectare & cat. Et paulo inferius non semper hæc expectanda est, sed antequam mutatio fiat, cessare conuenit tum ob infirmas uires tum ob phlegmones paruitatem. Gal. de curandi ratione per sang. miss. ca. 12. ubi multa euacuatione est opus, & uires sunt imbecilliores, in his euacuationem partiri expedit. Et Auicen. cap. de phleb. cum phlebotomia fuerit necessaria cum debilitate uirutis, partire phlebotomiam sicuti diximus. Gale loco allegato cap. 16. Igitur interior utilis est in his quibus inferiores colli partes patiuntur. Exterior uero in ijs quibus, quæ his superiores sunt ut facies & caput &c.

Aut. dissentientes circa sectionem uenæ.

- 1 Adferere sectionem uenæ, non nisi mane esse committendam.
- 2 Adferere obstructionem & putredinem esse causam mittendi sanguinem.
- 3 Adferere sectionem uenæ non competere, morbo non assistente.

- 4 Adferere, in die indicatoria sectionem uenæ fieri debere.
- 5 Adferere sanguinis detractionem uisum hebetare.
- 6 Adferere in plenitudinem sectionem uenæ semper esse per petrandam.
- 7 Adferere fluente aluo esse mittendum sanguinem.
- 8 Adferere, nullum esse temporum anni discrimen in secanda uena.

Confutatio dissentientium circa sectionem uenæ.

Ad primum Gale. de cura. ratione per sang. miss. cap. 12. Quamobrem nec per noctem sanguinem mittere uerearis, siquidem ridiculum est quod quidam facti tanta secunda diei hora ad quintam aut sextam solum modo sanguinem mittentes, haud alio quouis tempore &c.

Ad secundum Gale. 2. meth. cap. 14. Nec obstructio nec putredo causa est mittendi sanguinem, sed succorum redundantia, nam nec obstructio nec putredo per sanguinis missionem curari possunt, ut quæ alia remedia desiderent.

Ad tertium Gale. de opt. sect. ad Thrasyb. cap. 37. plerumque inquit remedia ut purgationem et sanguinis missionem adhibemus quum morbus quidem non adest, sed futurus timeatur.

Ad quartum Auic. quarta primi. cap. de phleb. Neque phlebotomia, neque uentris solutio fieri debet in die motus ægritudinis, nec quum ægritudo est crissim habitura, sed si possibile fuerit quies est habenda, habes etiam in hoc aphorismum uigesimum pri. lib. ibi quæ iudicantur uel iudicata sunt &c.

Ad quintum Gale. de cur. ratione per sang. miss. ca. 7. sunt quidam imbecillioribus oculis aut scotomacis in quibus sanguis abundare dicitur, hos omnes euacuabis, uel medicamento purgante, si alij sanguine humores sint, aut diminutione sanguinis & sic sanguinis detractio conuenit, nec hebetat, sed uinidiores reddit.

Ad sextum Gale. 4. de uict. in morb. ac. commen. 19. Plethoria non semper sanguis missione curanda, sed & fritione balneis multis abstinencia, faciunt etiam quaecunq; recitata sunt superius ex Galeno & Auic. ad hoc probandum.

Ad septimum Hippocra 4. de uict. in morb. ac. cap. 18. si euipiam sanguinem aufere confert, Ventrem confirmare oportet. & ita aufere & c. Et Gale. hoc in loco fluente aluo inquit sanguinem ne detrahes, ne perseverando fluore uirtus prostratur.

Ad octauum Gal. ad Glau. cap. 14. Qui omnino de temporum statu nihil cogitantes sanguinem abstulerunt medici, hos omnes interierunt, & quarto de uict. in mor. ac. commen. 19. si abunde aer calidus & siccus fuerit tunc a sanguinis missione abstinemus, etiam si morbus magnus fuerit & aetas florens.

De purgatione per medicamenta soluentia.

Purgatio est humorum qui sua qualitate molestant, euacuatio, ob idq; purgans dicitur quia sanguinem ab excrementis purgat. Hæc purgatio ab ipso Hippoc. uocatur uasorum inanitio, ab euentu, nam omnia uasa inaniri euenit in omni euacuatione. Intentio euacuationis non solum humorem superabundantem respicit, sed & uires & naturam illius qui debet euacuari. Ad euacuationem quatuor requiruntur, Primum robur uirium, Secundum q; materia non sit crassa nec uiscosa, Tertium q; meatus non sint obstructi, sed aperti, Quartum q; nullum adsit apostema intrinsecum, nec illa sint extensa, nec materia sit in aliqua parte firmata, sed a natura sit euacua. Quantitatem purgantis medicamenti, qua præberi debeat, ignoramus. Verum tantum medicamenti erit propinandum, quantum in plurimis mediocriter euacuari noueris,

non fiat igitur euacuatio nimia quoniam periculosa est. Quæ-
 litas uero medicamento ea sit eligenda prout natura redun-
 dantis succi exposcit, nam si flaua bilis uel pituita abundet
 quæ flauam bilem uel pituitam educat. Tempus purgandi erit
 ab initio morbi si humores turgeant, si uero in aliqua parte
 firmentur uel crudi sint, eo usq; morandum in purgando do-
 nec a natura euincantur siue concoquantur, uel eo tempore
 euacuandum quo superfluitates natura expellere conatur,
 nam tunc ad id in quo natura deficit, supplere debet medi-
 cus. Tempus uero particulare erit ut purgationes in acces-
 sionibus morbi fiant per superiora & in remissionibus per
 inferiora. Si multa simul purgantia pharmaca miscueris fac
 sint congenera ut simul eodem tempore soluant. Vitandaq; est
 medicamenti in suauitate et eius uehementia moderanda, quæ
 quæ decem sint quæ in purgatione sunt consideranda, ut res-
 plectio uirtus complexio accidentia figura etas tempus dispo-
 sitio aeris & regionis consuetudo euacuandi & cæt.

Loci consentientes ex uera Medicina.

Gale. aphorif. 1. commen. 2. Euacuatio est humorum quæ
 sua qualitate molestant purgatio. Et in lib. de purg. med. fac.
 purgans pharmacum ob id dicitur, quia a recrementis pu-
 rum sanguinem reddat. Gale. aphorif. 1. commen. 3. Intentio
 quantitatis euacuationis non solum humorem respicit su-
 perabundantem, sed & uires hominis qui debet euacuari.
 Nam alij minus alij magis perferunt euacuationes. Idem
 etiam asserit aphorif. 4. commen. 2. Gale. aphorif. 1. com-
 men. 24. considerare oportet, nunquid æger idonee se habe-
 at ad purgationem. Nam quicumque multa cruditate labo-
 rant, uel qui tenaces ac crassos cibos assumpserunt, & qui-
 bus, *υπεροξοστικα* extenta atque inflata sunt, aut aliqua uisce-
 rum adest inflammatio, omnes ij non sunt apti ad purgatio-

nem. Et aphorif. 1. commē. 3. in omni euacuatione vires egroti oportet attendere, & donec laborans tollerat humorē exuberantem educere, quum uero dissoluantur, etiam si remaneant superfluitates cauere oportet eorum euacuationem. Itidē Auice. quarta pri. cap. 5. asserit, Adiungit etiam q. fastidium habentibus moleste sint purgationes. Gale. de cur. ratione per sang. miss. cap. 12. Quod laboranti præbendum sit medicamē, aut bilem tum flauam tum atram, aut pituitam aut serosum excrementum euacuans exacte nouimus. Caterum quantum præberi debeat nescimus, similiter in lib. de sect. ad eos qui introducuntur, cap. 5. asserit. Et aphorif. 1. commē. 23. quantitas euacuationis nullum habemus indicium nisi ex tollerantie facilitate. Gale. aphorif. 2. commen. 22. Euacuatio nimia morbum parit. Et Hippocra. aphor. 1. aphor. 3. sic & euacuatiōnes que ad extremum deducunt periculose. Et Auice. quarta primi, cap. 3. & scito inquit quod residuum materie dimittēre, quod necesse erat euacuare, est minus nocuum quam exquirite euacuare, ibi etiam omnis euacuatio superflua secundum plurimum febres generat. De qualitate euacuationis Hippoc. aphorif. 1. aphor. 2. si talia purgentur, qualia purgari oportet confert & leuiter ferunt. Gal. in commē. sermo est de eorum qualitate que euacuatur, si igitur pituita superabundet, hanc omnino oportet euacuari, flaua autem bile uel atra infestante, demissa pituita, bilem euacuandum & c. Hippoc. aphor. 1. aphor. 22. concocta medicari atq; mouere non cruda, modo non turgeant, plurima uero non turgent. Et Gale. in commē. tales humores euacuare conuenit qui agitantur & de loco ad locum mouentur ac transfluent, qui uero in aliqua parte firmati sunt, neque alio auxilio mouere oportet neq; medicari ante concoctionem, & paulo post, si natura mediocrius atq; imbecillius agit, id quod deficit oportet supplere, nam natura

expellente & medicamento attrahente humoris noxi euacuatio fiet. Et Auic. quarta primi, cap. 3. In acutis ægritudinibus maturationem expectare melius est quam euacuare præcipue si quietæ fuerint, Quod si moueantur ad euacuandum festina, nam impedimentum eius motus est maius quam suæ euacuationis. Gal. in lib. quos purg. oportet, Purgandi occasio a temporibus morbi sumuntur, ut puta purgationes in accessionibus per superiores partes, in remissionibus per inferiores conueniunt. Gal. in lib. quos purg. oportet. Purgantia medicamenta si simul misceantur congenera esse debent. i. eiusdem nature ut eodem tempore soluant. Gal. lib. de comp. med. per genera purgantis medicamenti in suauitas ac eius uehementia moderanda est. Auic. quarta primi, cap. 3. Decem sunt in euacuando consideranda & enumerat omnia quæ dicta sunt. Primum est repletio nam nisi repletio supponatur nulla opus esset euacuatione robur uirtutis, nam ubi uirtus deficeret inanis esset euacuatio, cõplexio nam ubi nimis calida uel frigida foret non competeret euacuatio. Similiter accidentia uehementia prohibent euacuationem, sic figura si sit rara texture, ne spiritus resoluantur, sic ætas nondum parata, sic hora regioq; nimis calida uel frigida, ut septentrionalis & meridionalis, sic ars laboriosa euacuationem non admittunt. Et Gal. lib. de sect. ad eos qui introducuntur, cap. 5. Euacuatio est plenitudini contraria & contraria contrariorum sunt remedia, uerum uires ætatem tempus anni & regionem, & alia ante enumerata prius considerare oportet &c. & de feb. ad glau. cap. 14. ubi fuerint uigiliæ uehemētes aut dolor intensus agrotū infestans, cauende sunt subitæ ac malæ euacuationes &c.

Aut. erronei dissentientes circa purgationem.

- 1 Adserere pharmaca non proprios humores attrahere.
- 2 Adserere purgantia medicamēta a nutrimento nõ differre.

- 3 Adserere nullo modo purgantia pharmaca in principio morbi esse exhibenda nisi materia turgeat.
- 4 Adserere purgantium pharmacorum usum etiam non ualde indigentibus esse proficuum.
- 5 Adserere in die critica nullo modo pharmacum esse prebendum.
- 6 Adserere, pharmacum nulla habita de temporis anni ratione posse exhiberi.
- 7 Adserere ob igneam caliditatem inferium principio esse uerenda pharmaca etiam si materie copia adsit.
- 8 Adserere pharmaca purgantia aque omnes indifferenter humores purgare.
- 9 Adserere, euacuationem optimam esse, si copia humorum peccantium extracta sit.

Confutatio dissentientium circa purgationem.

Ad primum Gal. de elemen. 2. circa finem, Exeuntia ostendunt quam proprium humorem quodlibet pharmacum attrahat, Quotiescunq; n. quis medicamentum hauserit quod uim habeat bilem euacuandi, uomitu huiusmodi humorem eijci et, & paulo infra, Ex quibus licet manifeste inferre q. unum quodq; medicamentum, cui uis purgatoria inest proprium at trahere humorem, hoc idem etiam aserit primo de fac. nat. cap. 14. & de atrabile cap. 6. & 9.

Ad secundum Gal. 3. de nat. fac. cap. 7. Porro in hoc desidet medicamentum a nutrimento, nam medicamentum uim corporis uincit, nutrimentum uero ab hac uincitur. Et. 3. de temper. cap. 2. At que quidem assimilantur omnia nutrimenta uocantur, reliqua omnia medicamenta unde quatuor species medicamentorum enumerat. Prima que non mutatur a corpore, sed corpus mutat ac uincit. Secunda que initium mutationis habet a corpore deinceps putrescit & putrescendo cor-

pus

pus corrumpit ac putrefacit, & hæc due species medicamentorum uenenosorum sunt. Tertia est quæ corpus alterari facit, sed mali nihil infert. Quarta species eorum est quæ agunt & patiuntur aliquid, sed per spatium temporis uincuntur & assimilantur & hæc sunt tam medicamenta quàm nutrimenta & c.

Ad tertium Hippoc. aphor. 2. aphor. 29. Cum morbi incitant si quid uidetur mouendum moue, cum uero consistunt ac uigent melius est quiescere. Vnde Gal. in commẽ. ut melius hoc eueniat melius est circa principium euacuare. quo minorem factam materiam natura possit facilius concoquere. unde hic de multitudine loquitur Gale. quæ euacuari in principio exposulat, Verum est quod etiam euacuatur in principio si humorum mala qualitas adsit. ut in pesilenti morbo uidetur. Nam Gal. 9. meth. præcipit in corruptela humorum cum uiribus imbecillis paulatim quod uitiosum est euacuare. Similiter quarto de sanit. tuend. sin inquit uires imbecilliores dehorantur sanguis haud mittendus est, sed deiectio mediocris adhibenda. Euacuatur quoque in principio morbi si locus læsus urgeat, ut pleuritis aut si in aliquo alio principe loco materia decumbat. Nam Hippocra. 2. & 4. de uict. in morb. ac. tex. 76. si dolor sub thorace fuerit, & ualde infestauerit, pleuriticum uentrem subpurgabis. Similiter Gale. in commen. si uehemens febris non sit hominisque naturam noueris ad medicamenti purgantis potum te conferes & c. Euacuatur etiam maxime si uehemens dolor alicubi fuerit. Nam Gal. aphor. 1. commẽ. 27. In maximis doloribus nullum maius inueni remedium, quàm usque ad animi defectum euacuare & c.

Ad quartum Gal. aphor. 3. commẽ. 15. Euacuatio per purgãtia pharmaca ualde indigentibus & ex longo interuallo uix utilis est. Nam si quis uti uoluerit bis uel semel in mense uerit

tus ne superfluitatum multitudo aggregetur, præter id quod nocebit, corpora etiam in malam trahet consuetudinem. Quâquam Gale. de pharmaco ualde purgatorio intelligat, sed uti solitiuis quæ sunt ueluti syliquæ ægyptiæ Manna Dastili indi quos tamarindos uocant, succus rosarum uiolarum Myrobalani Rheubarbarum & similia, non esset tam grande peccatum, Maxime si morbus fieret factus uel faciens hoc Exposceret.

Ad quintum Hippoc. 4. de uict. in morb. ac. tex. 76. phar-
macum exhiberi in quarta iubet, unde inquit si dolor ualde in
festauerit, pleurítico uentrem subpurgabis, ueruntamen pur-
gans medicamentum quarta die ministrabis & tribus pri-
mis diebus chlysteres exhibebis. Et Gale. in commen. non tan-
tum in prima, sed in tertia, & quarta se præbuisse pharma-
cum ait, uerum id nota quod ipse inquit, si minus dies iudi-
catorius expectetur quocunq; die hæc tuto præbebuntur & c.

Ad sextum Hippoc. aphor. 4. aphor. 5. sub cane & ante ca-
nem difficiles sunt medicationes. Vnde Gale. reddens ratio-
nem inquit, nam purgatio praua fiet quum calor aeris ambi-
entis in partem trahat extrinsecam, contrariam ei ad quam
medicina ducit humores, ex quibus dictis Galeni collige duos
motus contrarios esse in medicina uerendos.

Ad septimum Gale. 9. met. cap. 5. In quo morbo adest hu-
morum abundantia & calor uehemens ibi est inter ipsa sa-
nandi remedia discrimen, ut si abundantiam euacuare uelis
febrem augeas, si febrem refrigerare abundantiam moreris
& in hac consilij inopia deuenerunt qui statim ab initio non
euacuarunt & c.

Ad octauum Gale. de atrabile cap. 6. At si uerum esset one-
ues humores qui in uasis continentur, alteratos quidem a me-
dicamento pro illius facultate æque euacuari, simile utique

fuerit auxilium ab aliquo horum medicamentorum purgari
& secta uena exinaniri, Cur igitur $\psi\sigma\kappa\omega\gamma\alpha$, hydericis ex
hibemus, quum liceat uena secta sanguinem eua cuare, similis
quoq; sententia habetur eodem in lib. cap. 9.

Ad nonum Hippocra. aphor. 1. aphor. 23. Deiectiones nō
multitudine sunt exstimandæ, sed si talia deiciantur qualia cō
ueniunt, & ægri facile tollerant. Vnde Gale. in cōmen. Qua
re non promptam eorum quæ euacuantur quantitatem oportet
attendere, sed duas quæ dictæ sunt significationes si quæ
lia oportet euacuentur, & si facile tollerant.

Obiectio.

Antequam pharmacum soluat erit ne dormiendum? Aut
si solutionem tardauerit, erit ne aliquid ultra exhibendum?

Responsio.

Auic. quarta primi, cap. 5. respondet tuæ obiectioni inqui
ens, si medicina sit fortis super eam dormiat, alioquin natu
ra medicinam digeret nec illico se mouere debet, sed cum se
data fuerit anima ambulet & moueatur.

Ad secundam Auic. si solutionem prolongauerit bibat hy
dromel uel supponatur clystere, cauendo tamen ne duas me
dicinas uentrem soluentes in una die coniungas quoniam ti
morosum est & extra reuerentiam iudicij & cetera.

De Reuulsione Deriuatione & euacuatione & quæ
earum præcedat in curatione.

Tria sunt eductionis genera ac immodicæ uacuationis co
muniã remedia reuulsio scilicet deriuatio ac euacuatio, re
uulsio quam Græci $\alpha\upsilon\tau\iota\sigma\alpha\tau\iota\varsigma$ dicunt, est in ijs præsertim,
quæ adhuc influunt semper in contrariam partem auersio,
cuius differentie locales sunt octo, prout in capite de cepha
lea & hemicrania demonstrabimus, at deriuatio siue $\kappa\alpha\pi\omicron\chi$
 $\tau\iota\sigma\alpha\tau\iota\varsigma$ est in his præcipue fluxionibus quæ sibi aliquam se

84 DE CONSENSV MEDICORVM

dem occuparunt, in partem uicinam deductio, Vacuatio uero quam ^{reuoſi} dicunt, est humorum qui in aliqua sede, seu in toto corpore molestant, inanitio, in materia igitur fluēte primum est molienda reuulsio, in iam fluxa & in certa sede contenta, deriuatio, sed ubi in aliquo membro iam dudum firmata est, corpore primum plene expurgato, ipsa uacuatio perpetranda est, reuulsio igitur fiet ^{reuoſi} ex loco remoto. Deriuatio ex proximo, uacuatio ab ipsa patiente particula, at ubi cum materia fluente, dolor magnus contingerit, tunc primum faciēda est deriuatio, mox stante plenitudine, reuulsio, demum ipsa uacuatio &c.

Loci consentien, de reuulsione deriuat, & uacuatione.

Quod tria sint educationis genera satis expresse ad sensum patet, Quæ autē sint remedia immodicæ uacuationis comunia, hoc habes ex Gal. 5. meth. cap. 3. ibi Nam hæc quoq; Hippocratis inuenta sunt, omnis scilicet immodicæ uacuationis comunia remedia &c. Ex hoc loco etiam reuulsione & deriuationis definitiones eliciuntur, nec non & differentie earum locales, uide etiam in lib. de reuulsione & 4. meth. cap. 6. ubi nos docuit ad contraria reuellere, & deriuare ad latera Aui ce. 4. pri. cap. 3. Et scias inquit q; materiei euacuatio, & ipsius de suo loco eradicatio est secundum unum duorum modorum unus eorum est propter attractionem, quæ fit ad longinquam diuersitatem, & alter propter eam quæ ad propinquā, & docet utriusq; modum si fusus eum legeris. Hoc idem attestatur Gale. 2. ad Glau. cap. 2. ibi, Fluentium igitur adhuc humorum reuulsio, eorum autem qui iam membrum obsederunt deriuatio medella est &c. ibi; docet quonā modo utraq; molienda sit, Quod autem fluente materia primum molienda sit reuulsio, mox; deriuatio, satis apte docuit Gale. 4. meth. cap. 6. ibi quare si fluxus ualenter irruat, reuellere ad

contraria studebimus, at si iam fluxio restitit atq; membro inhaesit, deriuare per uicina, magis expedit, ex eo rationem reddens, quod in propinquiora translatio sit, et purganti medicamento promptior tum accessus tum attractus, e. uicino datur & c. Quod reuulsio fieri debeat ~~xxviij~~ idest in reatum, non solum in his omnibus locis testatum relinquit Gale. sed etiam in libro de curandi ratione per sanguinis missionem cap. 15. & 16. ubi inquit sed reuulsio quibus in directum adhibetur, euidentem utilitatem celeriter ostendit, quibus contra, haud etiam & c. Quod autem existente dolore primum inchoandum sit, a, deriuatione & non, a, reuulsione testatur Hipo. in 6. epidimiorum. 2. part. dicens deriuationem debere tanquam absolutissimum remedium ad reuulsionem praecedere, cuius ratio esse potest, quia dolor attrahendo materiam, fit ualidior, & inflammatio ipsa augetur, quod si deriuatione uentris materiam una cum dolore minues, unde Auic. 4. pri. cap. cit. Cumq; materiam ad longinquum attrahere uolueris, loci dolorem prius sedabis, ac si dicat dolorem loci prius deriuatione minues, antequam reuulsionem moliaris & c.

Obiectio.

Quomodo post ponere uacuationem reuulsioni ac deriuationi iubes, si Auicenas dicat quod suarum quidem horarum dignior est, quam in corpore nullo modo est alicuius materiae repletio, idest, cum corpus fuerit plene euacuatum?

Responsio.

Hic locus Auicena ita intelligendus est, ac si diceret, Dum reuulsionem uel deriuationem moliri paramus satius esset, si nec repletio, nec aliqua materia in corpore, idest in membro ad quod fit attractio, incubuerit, quoniam talis repletio forte impediret, ne reuulsionem, uel deriuationem integre, faceremus, ad huius pulaturque meae huic opinioni correctio

Andrea bellunensis quam post hac uidere poteris, Quod autem euacuatio materiæ iam fluxæ & firmatæ postremo sit adhibenda, omnes norunt qui obsecus aliquos uel tumores iam diu curarunt & c.

De Clysteribus.

Clyster est instrumentum ad euacuanda intestina præcipue crassiora inuictum, crassiora inquam cum certum sit, clysterem non eo usque posse ascendere, ut ad ieiunum intestinum tandem perueniat, Hic ex uaria ac multiplici materia, prout uarius corporis affectus requirit, componi potest, Nam horum aliqui acres, aliqui molles & frigidi parari possunt, quorum usus adeo frequens est apud practicantes medicos ut suis clysteribus quandoq; opus naturæ ex abrupto interrunpant, Faciunt tamen clysteres ad expellenda intestinorum excrementa, ad renum & uesticæ dolores, ad colicam iliacamq; passionem extrahunt etiam quæcunq; a pharmaco exolente relicta sunt, & ex accidenti intemperiem calidam sanant, uerum requiritur indicatio posituræ ac figuræ loci dum per anum uel supra curare cupimus, itidem & patientis situs, ut supine cruribus demissis potius iaceat, quam aliter quoquo uersus & c.

Loci consentientes de Clysteribus.

Gale. 5. meth. cap. 5. siquidem instrumentis aliquando utimur pro partis ipsius proprietate, alijs ad uterum, alijs ad uesicam, alijs ad intestina crassa per clysterem & c. Itidem ait cap. 7. eiusdem libri, ubi inquit clysterem ea præcipue desyderant quæ in recto intestino sunt ulcera & c. & sic clyster est instrumentum crassis intestinis dicatum. Quod uero clyster non ascendat ad ieiunum intestinum satis aperte demonstrauit Gale. 13. meth. cap. 17. ibi quandoquidem quæ eduntur ac bibuntur, eorum uis antequam ad inferiores partes perueniat,

resoluitur, quæ uero infusa sunt, ea omnino ad ieiunium usq;
ascendere non possunt, imo etiam si admodum nitaris, fortas
se tantum tenuè intestinum contingent & c.

Obiectio.

Quomodo fieri potest, quod Gale. sibi ipsi nõ repugnet?
siquidem. 6. de Sympt. cau. cap. 2. inquit, quippe nonnullis cly
steres adeo ascenderunt, ut uomitione reiicerentur,

Responsio.

Si uerba Gal. recte perpenderis facile intelliges nec eum si
bi ipsi repugnare nec ueram esse, quam captiose facis obie
ctionem. loquens. n. Gale. de uentriculo inquit, quando secun
dum naturam se habuerit, tunc. e. supernis partibus attrahit
atq; per inferiores deiecit, quum uero præter naturam affe
ctus est, tunc ab infernis partibus aliquid assumit, & per uo
mitum illud expellit, et exemplum affert de clysteribus etiam
ab ipso attractis & reiectis, non quod clysteris facultas eo
ascendat, quo per uomitum possit reiici. sed id facit uentricu
lus quum male affectus est, Hic tamen aduerte q, quicquid fie
ri per se non potest, id certo per accidens aliquando efficitur,
onde clysteri imposito uacuatur quandoq; uentriculus, non
quod ad ipsum clyster perueniat, sed reiecto inferiori excres
mento, nec locus detur uacuuus, natura ex se quod super. est,
deiecit, & sic à uentriculo euacuat & c. Quod autem clyste
res ex uaria ac multiplici materia componantur, quodq; di
uersi generis sint, lege Aetium ser. 3. cap. 159. ubi de infusioni
bus sedis loquitur, ibiq; habet, quod ex infusionibus, quæ inij
ciuntur, aliæ simplices sunt & tenere, aliæ acres, aliæ uero
alium usum ac uim habent, hoc totum caput si legeris plura
ac diuersa enemata intelliges ut puta ad febres ad inflamma
tionem, dolores, ad uteri morsus & cætera ex diuersis rebus
composita, Quod uero ex frequenti usu clysteris naturæ opus

interrupatur. uide Gale. prim. de diebus decretorijs cap. 2. ubi
 probat crism ex eo non posse fieri in septimo die, quod me-
 dici cum impositione clysteris tum ex incisione uenarum ex
 appositione cucurbitularum frictione & ceteris intempesti-
 ue patris, totiens peccantes quotiens ad egrotantem acce-
 dunt, non sinunt iudicium in septimo die ad quod paratū erat
 fieri. Auic. 4. pri. cap. 19. enema est medicamen nobile in ex-
 pellendo superfluitates intestinorum in sedando dolores re-
 num & uesicæ et apostemata ipsorum & agritudines colicæ
 & c. deinde subdit ex enematis fit iuuamen in expellendo
 reliquias, quæ in inaniētia relinquunt & c. Gal. 10. meth. cap.
 10. sicut misio sanguis non primum, sed ex accidēti, calidam
 aliquando intemperiem sanat, ad eundem modum & clyster
 & purgatio & c. Gal. 4. meth. cap. 7. sicut ne deligare agram
 particulā possis, nisi prius uel ex figura uel positura uel utrius-
 que indicationem sumpseris, sic nec immittere in sedem clyste-
 ris fistulam comode queas absque eius generis indicatione
 & c. uide latius. 13. meth. cap. 17. ibi, illud ex positura partium
 didicimus nempe in inferioribus intestinorum aliquid esse per
 clysterem infundendum, superioribus uero atque etiam ipsi uen-
 triculo lieni & stomacho superne aliquid exhibendum & c.
 Auic. loco. cit. Situs clysterizati melior est, ut supinus iaceat,
 deinde uoluat se ad latus dolens & c.

Aut. dissentientes circa Clysteris dicta.

- 1 Adserere nō multum referre si horam in imponendis clyste-
 ribus non serues.
 - 2 Adserere clysteres in uētris suppressione frequētari posse.
 - 3 Adserere, balneū ualde præstare ante clysteris impositionē.
 - 4 Adserere ex clysteri nullā penitus lesionē prouenire posse.
- Confutatio dissentientium circa clysteris dicta.
- 1 Ad primū Auic. 4. pri. cap. 17. & hora clysterizandi me

lior est, cum aeris est frigiditas, & rationem reddit dicens, quod inde fit ne grauitas dolor aestuatio & nausea augeatur, Bac. Gentilis in hoc loco notat clysteres non esse imponendos statim à cibo ne indigesta extrahât, Nec in hora magni aestus ne fiat magna comotio, sed tempore frigidiori, et ita multum refert si horam non seruaueris & c. de clysteribus loquens Hippocra. 4. de morb. ac. tex. 43. & 44. palam docuit quando & quomodo & quibus congruant, quem si legeris plurima etiam ex Gale. comento adices. Ad secundum Paul. ag. lib. pri. cap. 44. dixit et si enema abute proficiat, non tamē continue id faciendum est, ne natura his irritata spontanea excretionis obliuiscatur & c. Ad tertium Auic. loc. cit. & secundum plurimum non est bonum ut balneum enemati praemittas & c. Bac. Ratio est, quia duo motus contrarij, si possibile est in patiente debili semper uitandi sunt, sed balneum cum à centro ad circumferentiam trahat, fieri non potest quin clysteri, qui à circumferentia ad centrum humores euocat, aduersetur uide tamen rationes Auicennae si lubeat. Ad quartum respondet ipse Aetius ser. 3. cap. 159. dicens plures esse clysteres quibus caput & stomachus male afficiuntur enarrans de coctiones quibus haec fiant, Auic. loc. cit. Quae uero ex eis sunt acuta debilitant hepar & perducunt aegrum ad febrem, & sic ex clysteribus noxa quandoq; non parua contingit, ut illos nunc sileam qui dolores sūt quā immanissimos generant & c.

De cucurbitularum, usu & differentia.

Cucurbitularū aliqua sunt uitreae, aliqua aeneae, aliqua uero ex cornibus paratae, utimur quidē uitreis, ut sanguis quem attrahunt, an in mensura satis sit pellucescat, Aeneis uero quia cum maiorem flammam retineant, multo sunt in attrahendo uitreis efficaciores, Corneis, eo, quod non ita inaniunt nec siccant, ac illae quae cum maiori flamma adhibentur,

Sunt et nonnullae aliae cucurbitularum differentiae à paruitate magnitudine earum decerptae, quemadmodum & aliquae aliae sunt ore latiores et angustiores aliae uero collo breuiores ac prolixiores quae plus minus uel attrahunt, pro ut effectus rei potestae indicat, est igitur cucurbitula instrumentum quod uolenter attrahit à medicis excogitatum, cuius usus maxime praestat in reuulsionibus ac deriuationibus, nam sanguine ex naribus fluente, si in praecordijs cucurbitula defigantur, sumopere iuuant, dummodo à dextra nare ipso fluente super iocinore, & à sinistra super liene, uel ab utraq; super utroq; uiscere imponantur, si uero sanguis ab utero defluerit, sub mammis etiam cucurbitulae defixae, ab imo sursum reuellunt, ac sanguinem retinet, & fluxiones oculorum in occipite fixae efficaciter remorantur, sub mento etiam applicitae dentibus faciei et gutturi posunt, similiter abscessibus coxarum, podagrae, haemorrhoidibus, elephantiae, & inflationibus uesicae & uteri, modo renibus admoueantur, unice succurrunt, et quemadmodum in anteriori parte coxarum posita, testiculorum apostemati crurium ac coxarum exituris conferunt, ita etiam super nates à toto corpore praefertimq; à capite extrahunt, intestinis etiam male affectis obsequium praestant, & menstruorum curant corruptionem, sunt igitur ad summum haec cucurbitularum utilitates, membrum in primis cui adnectuntur, euacuant, spiritum ne una cum sanguine inaniatur, prohibent, iuuantq; quum nihil ex principali oribus membris euacuari desideramus, calorem etiam membri excitant, humores à centro ad circumferentiam attrahunt ac euacuant, uacuatio tamen non usq; adeo memorabilis est, ac ipsa attractio, siquidem plus satis attrahitur, quam foras eiciatur spiritum in super statuosum in doloribus ita discutunt, ut incantamenti quid simile uideatur Faciunt etiam ad euocanda menstrua, si in pube &

in inguine defigantur, & ad alia multa, quæ longum esset recensere, Maioris tamen efficacitæ sunt si cum scarificatione admoueantur, quæ non scarificatæ. Nec te prætereant, quod scarificationes, quæ profunde penetrant, sanguinem crassiorum, quæ summa tantum attingunt, tenuiorem euacuant, afferunt & plures secum noxas cucurbitule si intempestiue quis uti illis uoluerit, nam in febribus cõtinuis, & ubi præsertim mæs egri turbata sit, uel sensus sit obtusus, præcordijs admotæ, statim egrum strangulant, uel mortem eadem die inducunt, simili modo si intempestiue capiti applicentur, lethargos ac mentis stuporem pariunt, à quibus si quis forte euaserit, effugere non potest, quin in longum capitis affectum incidat & c.

Loci consentientes de cucurbitulis.

De differentijs tum à materia cucurbitularum tum ab earum paruitate & magnitudine sumptis, satis lucide tractauit Paul. lib. 6. cap. 41. ibi alij cucurbitulis usi sunt uitreis, ut sanguinis qui euacuatur mensura in extractione pellucescat & c. uide illum latius & omnes differentias, quas super adduximus, inuenies, Gal. 4. meth. cap. ult. exponens quid sit cucurbitula, est inquit, instrumentum ad uiolentum attractum à medicis excogitatum, & in lib. 5. eiusdem methodi cap. 3. loquens de deriuatione et reuulsione laudat cucurbitulã sub mãmîs defixam, si uel mentes confertim eruperint, uel sanguis ab utero quoquo modo profluxerit, eamq; ob causam, cum, enaribus sanguis defluat, id retinent inquit maxime in præcordijs defixæ cucurbitæ, infigendæ autem sunt, si à dextera nare prosuuit super iocinere, sin ex sinistra super liene, si ab utraq; nare super utroq; sunt imponendæ uiscere & c. Hipp. aph. 5. apho. 50. Mulieri si uis menstrua cohibere, cucurbitulam quã maximam ad mammas appone Bac. Non intelligit cucurbitulam ad mammas proprie sed ad partes quæ sub mammis,

ubi maximæ uenæ desubter ueniunt, esse apponendam, alio
 qui illabentes in cucurbitulam mammæ & tumescentes, non
 sinent eam amplius tolli, hæc met sententia repetitur ab ip-
 so Gale. 13. meth. cap. 19. ibi cucurbita imponi debet auellen-
 di in contrarium causa, sic namq; ad mamillas cucurbitam im-
 ponimus & c. ibiq; habet quod cucurbita in occipite defixa,
 efficax est remedium ad oculorum fluxiones & c. uide in hoc
 Auicennam. 4. pri. cap. 21. ibi, uentose sub mento posita pro-
 sunt dentibus faciei & guturi, & mundant caput & mandi-
 bulas, & renibus superposita conferunt apostematibus coxa-
 rum & earū scabiei & bothor & podagræ & hæmorrhoi-
 dibus & c. quibus etiam subiungit quod in uentosis cum scari-
 ficatione tria existunt iuuamenta, primum eorum est euacua-
 tionis ex ipso membro, secundum est remanentis substantiæ
 spiritus ne euacuationem humoris qui educitur, sequēdo eua-
 cuetur, Tertium est quum non curatur ut ex principalibus
 membris fiat euacuatio & c. uide in hoc latius Gal. in lib. de
 reuulsione, Nam satis plures cucurbitularum usus comemo-
 rat, quā Auicennas, Aet. ser. 3. ca. 20. cucurbita tum impetu af-
 fixationibus uiolenter naturam attrahens, tum multum locum
 occupans, attrahit quidem memorabilem materiam, non
 euacuat autem pro ratione attractæ & c. Quod autem spiri-
 tum flatuosum cucurbita discutiat, lege Gal. 12. meth. cap. ult.
 ubi ad flatuosum inquit spiritum cucurbita cum maxima flā-
 ma subinde admota facit, uidebiturq; tibi presidium hoc in hu-
 iusmodi affectibus incantamenti cuiusdam simile quid effi-
 cere, siue hi intestinis siue in quauis corporis particula sunt
 excitati & c. & 13. meth. cap. 19. siquidem cum menses euoca-
 re in animo est in pube & in inguine cucurbitam fngimus
 & c. & sic etiam in deriuatione prodest. itidem habet Paul.
 lib. 6. cap. 41. ibi leuis cucurbita inflationes discutit destillatio

nes in stomachum suspendit & c. mox subdit. at quæ cū scari-
ficatu adhibetur, efficacius ipsos per halitū digerit. Auic. loc.
cit. scarificatio uero est profundanda, ut ex profundo traha-
tur. Paul. loc. cit. si tenuiorem qui continetur sanguinē accepe-
rimus. sumā scarificari, si crassiorē alta debent & c. denoxis
cucurbitularū intempestiue admotarū lege Aeti. loc. cit. ibi cu-
curbita præcordijs intempestiue affixa & c. & plura cucurbi-
tularū incōmoda, si eius uerba recte perpēderis, inuenies & c.

Observatio in admouendis cucurbitulis.

Auic. 4. pri. cap. 21. oportet quidē ut à uentosis sibi quilibet
caueat post balneū, nisi cuius sanguis fuerit crassus, quoniam
ipse se prius balnari debet & una hora morari ante ea-
rum applicationem & c.

Authores dissentientes circa cucurbitulas.

- 1 Adferere cucurbitulas in omnibus ferè morborum princi-
pijs posse admoueri.
- 2 Adferere in corporibus etiā repletis nulla facta uacuatio-
ne cucurbitas conuenire. (plicadas.)
- 3 Adferere cucurbitulas utiliter puerulis unius anni esse ap-
plicandas.
- 4 Adferere i cucurbitularū incisione statutū nō esse terminū.
- 5 Adferre post cucurbitularum appositionem non esse deter-
minatum cibandi horam.

Confutatio dissentium circa cucurbitulas.

Ad primū respondet Gale. u. meth. cap. 18 ubi inquit, quod
nec in cerebri & eius membranarum phlegmonis in morbū
initio cucurbitulis utimur, uerum ubi nec influit adhuc quic-
quā & totū corpus est euacuātū, qđ itidē, sed uniuersalius cō-
firmat ipse Paul lib. 6 cap. 4. ibi cucurbitulis neq; p affectuū
initia neq; cū corpora sunt pletorica, utemur, & sic in nullo
morborū principio regulariter possunt admoueri cōtra illos
qui quacunq; leui de causa cucurbitas affigi iubent.

Ad secundum Aet. ser. 3. cap. 20. Neq; in corporibus reple-
tis cucurbitis utimur, sed cum euacuatum fuerit totum & c.
Gale. in lib. de reuuls. cucurbitula ijs qui ante uacuatī sunt,
conueniunt, nam imple: horicis illis haud utimur & c.

Obiectio.

Si daretur occasio, quod incidere uenam, uel aliter purga-
re uires non paterentur, esset ne periculosum in ipso febris
impetu & ubi maxima cruditas adsit, cucurbitulas adhibere?

Responsio.

Huic tuae obiectioni satisfacit Celsus lib. 2. cap. 11. dicens
hoc auxilium neq; unquā periculosum esse etiam si in medio
febris impetu, etiam si in cruditate adhibeatur, ideoq; ubi san-
guinem mitti opus est, si incisa uena praecipuum periculum sit,
aut si in parte corporis etiam uitium est, huc potius confu-
giendum est, rationem reddens quia ut nullum periculum, ita
leuius praesidium esse, uerum nec posse uehementi modo suc-
currere, nisi aequae uehemens fuerit auxilium & c.

Obiectio.

Videtur Celsus quasi in primis uerbis à Gal. dissentire, si-
quidem concedit cucurbitulas in repleto corpore, quae ab Ae-
tio & Gal. sumopere damnantur?

Responsio.

Tantum abest, quod Celsus à Gal. sententia differat, ut pro-
pmodum idem unum uelle uideatur, sed rem adhuc non per-
cipis. Quum dicat cucurbitulas in medio febris impetu pos-
se adhiberi, id ita sane intelligitur, quod si uires non patian-
tur sectionem uenae, & imbecilles fuerint, satius esse aliquod
adhibere auxilium per cucurbitulas quam nullum, & ubi pra-
sertim in aliqua parte corporis uitium aliquod firmatū fue-
rit, quod autem idem sentiat cum Gale. lege in eodem capite
eum dicentem, quod usus cucurbitulae precipuus est, ubi non

in toto corpore, sed in parte aliqua vitium est & c. id est ubi non fuerit totius repletio sed alicuius partis & c.

Ad tertium respondet Auic. 4. pri. cap. 21. quod infans in tertio anno debet ventosari & post, transactis scilicet duobus annis, quoniam non prorsus debet ventosari cum est unus anni & c. Bac. Nota quod hic in additionibus Andreae Belunensis legitur etiam cucurbitulas post sexaginta annos non esse omnino admouendas, sed cum rationem huiusce rei non reddat. suspicor haud illi esse credendum quum Gale. in lib. de curatione per sanguinis missionem cap. 13. etiam septuagenarijs modo vires valeant boniq; habitus sint, venarum sectione morbo urgente imperat, quod plus satis est, quam cucurbitulas applicare & c.

Ad quartam Paul. loc. cit. respondet dicens ὁρος δὲ τοῦ στυμφοῦ τοῦτο δὲ ἰατρὲς ἔωλεσεν τὸ λαβῶς τὸ πᾶχος μόνον τοῦ δέματος id est terminus moderate altitudinis diuisionum est sola cutis crassitudo, & sic non multum infra cutem, quum cutis ipsa sit terminus, fieri debet incisio, si uero pro termino horam incidendi & apponendi intelligant, respondet Auic. cen. loc. cit. quod ex suis horis in die melior est hora secunda & tertia & sic omnino terminus et incidendi statuatur & c.

Ad quintum Auic. loco cit. dixit & oportet quidem ut uentosatus post unam horam cibetur uerum si fuerit cholericus statim post uentosas comedere debet grana mali granati, aut lactucas cum aceto aut bibere aquam endiuie cum saccharo & c.

Obiectio.

Cōueniūt ne in frigida & arida dispositione cucurbitule.

Responsio.

Non conueniunt nisi calor is excitandi gratia, alioqui sciti sectio uene ualde nocua est, ita & cucurbitule, hocq; testatum reliquit Gal. 3. de loc. aff. cap. 4. quum dicat, si forte for-

tuna ut nonnunquã euenire solet, frigida aridaq; fuerit dispositio, sanguinis quidem detractio ad extremum ducit periculum. sola uero cucurbitula non alio nomine, quã calor ex citandi gratia utiles esse censentur &c.

De hirudinibus.

Hirudines quas Græci *βοτάνες* nuncupant, non feræ, sed cum pauculo sanguine cicuratae. partibus corporis admodum ueri debent. uerum illæ partes, quibus hirudines applicandas censueris, si nitro perfricentur, aut unguibus scalpantur, facillime inhaerebunt, facit & ad hoc sum opere lutus & sanguis circa locum illitus, Desinesq; eas tãtis per pasci, donec dimidiam sanguinis partem, quam desideras, extractam conijeceris, eas uero prohibebis decidere, si quod satis sit, non plene exhaustæ rint, quod si parum depascentur, tunc caudam forfice præcuditæ, nam sanguine semper affluente non eum exhaustire desinent, quo ad uel salem uel cinerem ori ipsarum inspergas nã iuxta illud Horatij, non missura cutem nisi plena cruoris hirudo at ubi sponte deciderint, statim cucurbitulam ad euellendam si quod remanserit uenenum, applicabis, uel sponsia locum fouebis, quod si sanguis erumpat, nec ullo modo cohiberi possit, tunc lintea ex aceto, aut gallam ustã inijcito, conferunt ualde hirudines cutis impetigini, ac eius pustulis, siquidem non alium sanguinem quam cutaneum, uel quo imbuta est caro, exugunt, eum omnino demittentes qui in profundo resistet &c.

Loci consentientes de hirudinibus.

Aet. ser. 3. cap. 22. Sanguisugas captas una die seruare oportet, easq; pauculo sanguine alere, usus autem tempore pars cui adinouenda sunt, nitro præparetur, & aqua dulcissima exacte abluatur &c. Item ait Auic. 4. pri. cap. 22. ibi, & ipsa antequã ponantur, quasi per unam diem colligenda sunt, & construi

constrictione faciendum est. ut euomant, & tunc ipsis parum sanguinis agni projiciatur & c. Gal. in lib. de reuuls. Detrahimus inquit eas, ubi dimidiam partem sanguinis extractam conijcimus prohibemus uero decidere, donec quod satis sit excretum fuerit & c. lege hoc caput totum Gale. & quæcumq; à me dicta sunt, quasi ad unguem inuenies, quod itidem habet Auicennas & Aetius locis supra citatis, Auic. tamen eodem in loco habet, quod sanguisuga conferunt ægritudinibus sub cutaneis sicut sahaf & alcuabe & eis similibus & c. Bac. Alcuabe nomen arabicum. idem significat ac si diceres ulcera maligna & ad sanandū difficilia, sahaf uero quid sit uix ad huc potui ab Arabibus intelligere, nisi forte pro sahaf nō in pte legatur sahafati. qđ exponitur bothor humida quæ emit- tit uirus, & ne tibi ignotum per quid ignotius interpretari uidear Bothor idē est, ac si dicatur pustula parua in cute emi- nens & c. Quod autem hiruines non alium sanguinem quā cutaneum exugant, hoc attestatus est Gal. in lib. de Reuuls. ubi inquit sciendum est sanguisuga haud eum qui in profundo est, sanguinem extrahere sed tātum quo caro imbuta est exu- gere & c.

Obiectio.

Quæ nam extractio magis profunda est, sanguisugarum an cucurbitularum.

Responsio.

Si Auicennæ textum legeris, hæc tuam soluit obiectionem, dicens & extractio sanguinis à sanguisugis facta profunda or est extractione, quæ fit cum uentosis & c.

De cauterijs.

Cauterium ex quo fit combustio, quæ a Græcis καυτηριον uo- catur, duplex est, alterum quod actu inurit, alterum quod ener- gia, non id tantum per se operando sed ui naturæ opitulante, hoc dicunt potentiale, illud uero actuale, cauterium igitur po- tentiale est id, quod ex medicinis urentibus siue causticis in

quarto gradu calidis & siccis componi solet. Ex eoz dicitur
 potentiale, quum materia ex qua ipsum constat, a naturali ca-
 lore alterata, de potentia ad actum deducitur, & fit ex arse-
 nico calce sublimato nitro saponē, tapfia oleo uitrioli & c.
 cauterium uero actuale illud est in quod ignis calor actu im-
 primitur, & fit ex auro & ferro, raro ex ere & argento,
 cuius usus est prohibere ne corruptio de uno in alium locum
 diffundatur, membra roborare, id quod iam corruptum est,
 resoluerē & sanguinem cohibere, quod itidem non agit po-
 tentiale, dūmodo tempore debito, congruenti temperaturam
 & morbo adhibeatur, caueat tamen chirurgus dum inurit ne
 neruos tendones & ligamenta cauterio tangat, fiatq; poten-
 tior inustio sanguine fluente quam in putri carne remouen-
 da, siquidem sanguinis fluor maiorem ac firmiorem requi-
 rit crustam, quam aliud, ad quoduis, parata inustio, & supra
 cranium si qua demum inustio molienda sit, tenuiter te ope-
 rari consulo, ne membranae uel cerebrum tuo opere maculē-
 tur. Fit etiam ustio in purulentis & in iecore ubi in eius tu-
 nica pus collectum fuerit, sic in liene & in longis destillatio-
 nibus stomachi & in ceteris pluribus quae nunc recensere
 nostri instituti non est & c.

Loci consentientes de cauterijs.

De duplici cauterio potenciali & actuali loquutus est al-
 bucasius lib. pri. cap. pri. & conciliator diff. 208. quos uidere
 poteris, nam utriusq; cauterij rationes adducunt, quod autem
 potentiale componatur ex causticis medicamentis lege Gal.
 5. de facult. simp. cap. 14. ubi multa habet de causticis medici-
 nis, quas ipse *στυπτικὰ* uocat, ibiq; enumerat *απσεννίου* id est
 auripigmentum, sandaracam chrysocoilam dryopterim aco-
 nitum & c. ex quibus potentiale cauterium componitur Aui-
 ce. 4. pri. cap. 29. inquit quod cauterizatio est medicamen ual-

de utile, iuuans ad prohibendum ne corruptio spargatur, & ad confortandum membrum, cuius complexionem retificare uolumus & ad resoluendum materias corruptas in membro retentas & ad stringendum sanguinis fluxum & c. albucasis loc. cit. & scitote filij q. ex secreto curationis per cauterium cum igne & bonitate eius super cauteriū cum medicina comburente est, quoniam ignis simplex est cuius actio non peruenit nisi ad membrum quod cauterizatur, & non nocet membro alijs coniuncto cum eo nisi nocumento paruo & c. Et loquens de tempore & complexione, dixit, omittendo calidam & siccam temperiem, conuenire in omni fere complexione & tempore.

Obiectio.

Si cauterium in omni tempore fieri potest, sicuti albucasis inquit sequetur hoc quasi inconueniens, quod absq. alia purgatione precedente & in diebus canicularibus, quum natura à calore exhausta est, possit adiuuari, quod reuera longe à medicorum dogmate alienum est e,

Responsio.

Duo tempora in unum cōfundis alterum in quo sunt cauteria, alterum in quo morbus decernitur. primum tempus duplex est electum & necessarium, tempus electum adhuc potest esse uniuersale & particulare, tempus igitur uniuersale & electum est, uer, mox ipse autumnus, particulare sunt dies & hora quibus hoc agitur, dico igitur quod si fieri possit, ut tempus electum expectetur, multo fore satius quam si aestiuo uel urente canicula fiat, uerum si necessitate compulsi, uel ob fluxum sanguinis uirtutem prosternentem uel ob festinum et inopinatum dolorem id facere conemur, non est ut putes cōtra rationis dogma, quod necessitati succurre studet, id factum iri, in secūdo tempore morbi albucasis etiā particulares pra-

supponit et uniuersales iam factas purgationes ita ut alijs nõ
 iuuantibus cauteria sint tanquã extrema medicinæ subsidia et
 sic tua obiectio nulla est, Auic. loc. cit. cauterizator cauere de-
 bet ne fortitudo cauterizationis ipsius pueniat ad nervos neq;
 ad chordas, neq; ad ligamenta & c. Bac. intellige tu si putresca-
 tio fuerit tantum in carne, nam si in osse uel nervis consistat
 penitus penetrandum est, donec quod computruit, remouea-
 tur, Gal. 5. meth. cap. 4. maximam autem necessitatem uel cru-
 stificis medicamentis uel ignitis ferramentis utendi animad-
 uerti, ubi ex erosione putrescentis alicuius profluuium sangui-
 nis concitatur, quin etiam in talli affectu ubi cotum quod
 computruit est sublatum, tutius est uel ipsius ueluti radicem
 adurere uel certe crustificis medicamentis, uti & cæt. Et sic
 in fluxione sanguinis eo utimur eum non alia nobis crustifi-
 ca medicamenta suppetant, Quod autem in fluente sangui-
 nẽ maior crusta fieri debeat, habes Auicennæ textum quum
 dicat, quod si propter sanguinem qui fuit, quispiam cauteri-
 zauerit, oportebit ut cauterizatio sit fortis adeo ut crustæ
 grossitiem habeant et spissitudinem, ne cito cadat, uide in hoc
 latius Auicennam & plura ex his intelliges quæ à me dudum
 exarata sunt in ceteris consule Paulum lib. 6. ubi περι καυ-
 τωσιν ἑπείρου, & de uestione hepatis & lienis agit & c.

Aut. dissentientes circa cauteria .

- 1 Adserere satius esse uti potentiã cauterio quã actuali ,
- 2 Adserere cauterium ferri esse illi præponendum, quod ex auro conficitur ,
- 3 Adserere cauterium actuale circa caput ob mollitiem cerebri non esse applicandum ,
- 4 Adserere incorruptione remouenda non dari signum quo- usq; liceat comburere ,

Adserere cauterium ex aere conflatum non esse ad ipsam
ustionem efficax.

Confutatio dissentientium circa cauteria.

Confutat primum conciliator diff. 208. uarijs rationibus,
pri. quia actuale cauterium omni ferè complexionì conueniè
sed frigide tantum & humide potentiale. 2. quia hoc plus, il-
lud minus lædit, itemq; dolorem plus satis longum efficit po-
tentiale quàm actuale quum citissime quiescat, facitq; ebullitio-
nem in spiritibus & humoribus potentiale quod actuale ne-
quaquã, sed uide tu rationes ipsius, quibus certo concludere
posthac poteris multo melius ac præstantius fore uti actuali
cauterio, quàm potentiali & c.

Ad secundum Auic. 4. pri. cap. 29. Res uero inquit qua
cauterium fit, melius est aurũ itidem concludit Albucasis loc.
cit. ibi antiqui dixerunt, quod cauterium cum auro est melius
& c. ratio est quia plus præstat in temperie hominis aurum
quàm ferrum idcirco est illi præponendum & c.

Ad tertium respondet Act. ser. 6. cap. 50. quod ad inuetera-
tam & ægre solubilem cephalicam adhiberi debent cauteria
nucleo formia ubi magis dolor hæret, & licet inquit usq; ad
os urere, quo squamæ discedant, hocq; ex Archigene & Gal-
recitat præterea Auicennas laudat cauterium supra cræcum,
adeo tum tenuiter factum ne cerebrum ebulliat, Demum ra-
tio ipsa ad hoc suadet, quum maxime cauterium intemperie
frigida et humida, qualis est cerebri conueniat, & sic capiti
erit applicandum & c.

Ad quartum inquit Auicennas loc. cita. Cumq; cauteri-
zaueris propterea ut carnem corruptam projicias, & ter-
minum sani scire uolueris, erit ubi dolet, id est terminus erit,
ne amplius comburas, ubi cauterium protinus dolorem,

intulerit, & sic dolor est signum ne ultra limites urendo progrediaris &c.

Ad quintum Aristo. in problem. prim. problemate. 35. que
rens cursi quis ere incisus sit, facilius, quam si ferro, sanes-
cat. Respondet quia es vim medicamenti obtinet. Nam fa-
cit ut vulnus celerius coeat, quod si sic est, uidere nescio
quid non tam efficax sit ex ere cauterium quā
ex ferro paratum, præsertim cum non
minus ignis impressionem suscipi-
at retineat ue ac ipsum au-
rum & cat.

Finis Libri Primi.